IN DISSERTATIONE THEOLOGICA

DE

RESTITUTIONE DIABOLORUM,

vulgo

Ob dermahleins eine Erlösung derer Teufel zu hoffen sey?

EX

Actorum Cap. III, 21.

PRÆSIDE

DANIELE PFEFFINGERO,

Doctore ac Professore Theologo, Ecclesiaste atque Canonico Thomano

In Universitate Argentinensi

Die 28. Nov. Anno M DCCVIII.

SOLENNITER

respondebit

JOHANNES DANIEL CLAUDI,

Mœno - Francofurtensis.

(* * *)

ARGENTORATI.

Literis JOHANNIS WELPERI.



Q. D. B. V.

§. I.



Ui circa *Reſtitutionem Diabolorum* erroneas tuentur ſententias, non in hoc demum vel ſeculis ſuperioribus nati ſunt. Rerum quippe Eccleſiaſticarum conditores non ſine gravisſimi argumenti probationibus *Origenem*, portentoſum illud ingenium, Clementis Alexandrini Auditorem, & Ammonii juxta nonnullos diſcipulum, qui ſub Alexandro Severo Imp. usq; ad Gallum & Voluſianum, teſtibus *Hieronymo* in Catalogo de Script. Eccleſ. Tomo I. oper. fol. 184. a. Et *Euſebio* Libr. VII. Hiſtor. Eccleſ. cap. I. fol. 250. a. vixit, ſtatuiſſe referunt: Naturam Diabolicam vitiis perverſitatibusque expurgatis, primævæ integritati olim reſtitutum iri. Quem errorem forte ex Præceptoris ſui *Clementis Alexandrini* diſciplina hauſit, Libro I. ſtromat. fol. 310. Διάβολον αὐτεξούσιον καὶ μετανοῆσαι δυνάμενον facientis. Non deſunt quidem, tam ex Noſtratium quam Adverſariorum numero, qui judicio benigniori dignum cenſent Origenem, prout apud b. m. *Gerhardum* Loco de *Inferno* ſeu *Morte æterna*. §. 62. fol. 641. ſeq. Et *Sixtum Senenſem* Bibliothecæ ſanctæ Libro V. Annotat. CXXXI. fol. 472. legimus. Ubi *Jacobus Merlinus*

linus in Apologia pro Origene contendit, Sententias iſtas temerarias de Diabolorum Damnatorumque reſtitutione non ab ipſo Origene, ſed ab æmulis Origenis, Patris celeberrimi operibus ex animo iniquo inſertas fuiſſe. Verum triſtisſimo hoc Viri Excellentis, qui juxta *Johannem Trittenhemium*, Abbatem Spanhemenſem, de Scriptoribus Eccleſ. fol. IX. *Studio & Eruditione ſimilem nunquam habuit*, exemplo docemur, Spiritum tenebrarum præſtantisſimos homines perverſarum opinionum casſibus involvere.

§. II.

Si enim Autorum monumenta Seculo Origeniano proximorum conſulimus, a reſtitutionis Diabolorum labe purgari non poteſt Origenes. Cum *Hieronymus* Epiſt. LIX. ad *Avitum* Tomo II. Operum fol. 103. a. ſcribat: Origenem ita permiſcere omnia, ut de Archangelo posſit Diabolus fieri, *& rurſus Diabolus in Angelum revertatur.* Ita Epiſtola LXV. *ad Pammachium & Oceanum* fol. 130. b, accuſat Origenem, *illum reſurrectionem carnis verbo tantum confiteri: Ceterum aſſertione deſtruere, & poſt multa ſecula atque unam omnium reſtitutionem.* Hinc Comment. in Jonæ Cap. III. Tomo VI. Oper. fol. 104. dicit, ſcire ſe plerosque Origenianæ ſcilicet Philoſophiæ Fautores Regem Ninive, qui extremus audiat prædicationem, & deſcendat de ſolio ſuo, & priſtinum abjiciat ornatum, veſtitusque ſacco, ſedeat in cinere, nec ſua converſatione contentus, ceteris quoque conducibus ſuis prædicet pœnitentiam, dicens: homines & jumenta & boves & pecora crucientur fame, operiantur ſaccis & damnatis priſtinis vitiis, totos ſe conferant ad pœnitentiam; *ſuper Diabolo* interpretari, qui in fine mundi, quia nulla rationabilis, & quæ a DEo facta ſit creatura, pereat, deſcendens de ſuperbia, *acturus ſit pœnitentiam & in locum priſtinum reſtituendus.* Ad cujus ſenſus comprobationem, etiam illud de Daniele exemplum proferri ait, ubi Nabuchodonoſor acta per ſeptem annos pœnitentia, *in regnum priſtinum reſtituitur.* Quam ſententiam, quia Sacra Scriptura non dicit, penitusque timorem DEi

evertit,

evertit, dum facile homines labuntur ad vitia, putantes *etiam Diabolum*, qui autor malorum est, & omnium peccatorum fons, *acta pœnitentia posse salvari*, de mentibus nostris abjiciendam esse suadet Hieronymus.

§. III.

Hieronymo adstipulatur Magnus Alexandriæ Archi-Episcopus, *Athanasius*, Tomo I. oper. ubi ex Sacra Scriptura testimonia proferuntur, de naturali communione similis essentiæ inter Patrem & Filium & Spiritum Sanctum, fol. 236. B. referens, Origenem τέλος τῆς κολάσεως κηρύττειν, *finem punitionis prædicare*, ἐν αἷς φησι συγχώρησιν πάσης ἁμαρτίας γενέσθαι, καὶ τοῖς ἀνθρώποις καὶ τοῖς δαίμοσι παρὰ Θεῷ. *In quibus*, inquit, *remissionem fieri apud DEum peccati cujuscunque, tam hominibus quam Dæmonibus*. Eodem testimonio restitutionem Diaboli Origeni attribuit *Epiphanius* Epistola ad Johannem Episcopum Hierosolymitanum Tomo II. oper. fol. 314. C. juxta Hieronymi interpretationem, ita scribens: *Illud quoque, quod asserere nititur, doleamne, an rideam nescio. Doctor egregius Origenes audet docere, Diabolum id rursum futurum esse, quod fuerat: & ad eandem rediturum dignitatem, & conscensurum regna cœlorum. Proh nefas! quis tam vecors & stolidus, ut hoc recipiat, quod Sanctus Johannes Baptista, & Petrus & Johannes Apostolus & Evangelista, Esaias quoque & Jeremias & reliqui Prophetæ, cohæredes fiant Diaboli in regno cœlorum.* Quid *Augustinus* Origeni tribuat, Cap. XLIII. de Hæresibus, in quo Origenistarum Adamantiorumque errorum capita sex describuntur, aperuit, miseriarum scilicet beatitudinumque vicissitudinem. *Ipsum Diabolum, atque Angelos ejus, quamvis post longissima tempora purgatos atq; liberatos regno Dei luciq; restitui, & rursus post longissima tempora omnes, qui liberati sunt, ad hæc mala denuo relabi & reverti, & has vices alternantes beatitudinum & miseriarum rationalis creaturæ semper fuisse, semperque fore.* Quibus conferri potest Libr. XXI. *de Civ. DEi*, Cap. XVII. in quo dicit, Origenem *ipsum Diabolum atque Angelos ejus post graviora pro meritis & diuturniora supplicia ex illis cruciatibus*

eruendos atque sociandos sanctis Angelis credidisse. Confer. *chiridion* ad Laurentium Cap. CXII. & notas *Lamberti D.* fol. 303.

§. IV.

Ne vero quis obvertat: hæc quidem Origeni a buuntur ab aliis, sed ubi locorum de restitutione Univer quid *in ipsius Origenis scriptis* occurrit? respondemus e bro III. περὶ ἀρχῶν Cap. 6. quod *de consummatione mu* tractat, inclarescere, Patrum superiorum effata non de tui fundamentis, dum fol. CXLIX. Edit. Paris. hæc ha *Propterea etiam novissimus inimicus Diabolus, qui mors ap latur, destrui dicitur: ut neque ultra triste sit aliquid, ubi mors est; neque adversum sit, ubi non est inimicus. Destrui sane no simus inimicus ita intelligendus est: non ut substantia ejus, a Deo facta est, pereat: Sed ut propositum & voluntas inimica, non est a Deo, sed ab ipso processit, intereat, destruetur ergo, ut non sit, sed ut inimicus non sit & mors.* Id quod jam Lib I. περὶ ἀρχῶν Cap. 6. fol. CXX. b. statuit; Hi vero, inquie qui de statu primæ beatitudinis moti quidem sunt, non ir mediabiliter moti, illis quos supra descripsimus sanctis b tisque ordinibus subjecti sunt ad regendum, quorum adj torio usi & institutionibus ac disciplinis salutaribus reform *redire ac restitui ad statum beatitudinis possunt.* Quibus finia leguntur Libr. VIII. *contra Celsum* fol. 426. Edit. Can brig. πολλὰ μὲν οὖν αἱ προφητεῖαι περὶ τῆς παντελοῦς ἀνα σεως τῶν κακῶν καὶ διορθώσεως πάσης ψυχῆς ἐν ἀποῤῥή λέγουσιν. *Certe apud Prophetas multa secretiora habentur de pe tus abolendis olim omnibus omnium animarum vitiis.* ubi ad *phon. III.* 8. & seq. provocatur. Adjungemus Tom. 1 commentariorum in Johannem fol. 254. Edit. Huetianæ. d ἐπεὶ τί δή ποτε ἄνθρωποι μὲν μετάνοιαν ἐπιδέχονται, καὶ ἐξ ἀπ στίας εἰς πίστιν μεταβάλλουσιν ἐπὶ δὲ τῶν δυναμένων τὸ παρ πλήσιον λέγειν ὀκνήσομεν; ἢ λεγέτω τις ἡμῖν, τί το αἴτιον δύνασθαι μὲν τοὺς ἐνδεδομένους σαρκὶ καὶ αἵματι μεταβάλλοντ καταπεφευγέναι ἐπὶ τὸν Θεὸν διὰ χριστοῦ, τοὺς δὲ καθαρ τέρα τῇ φύσει χρωμένους πάντας ἀνεπιλέκτους, Vel juxta *Fe*

'ran

Hæc scripta Origenis falsificata sunt
ganz verba Origenis von salvandis Dia: lis ...

rarii lectionem: ἀνεπιδέκτους; vel *Joachimi Perionii*, Monachi Benedictini: ἀνεπιλήπτους εἶναι τῆς εἰς τὸν σωτῆρα πίστεως, καὶ τῆς ἐπὶ ταῖς τεραστείοις δυνάμεσιν ὑπ' αὐτοῦ γινομέναις καταπλήξεως. Ἐγὼ δὲ νομίζω καὶ παρὰ τοὺς ἄρχοντάς τι γίνεσθαι, μεταβάλλοντας ἐπὶ τὸ βέλτιον ἐν τῇ Χριστοῦ ἐπιδημίᾳ. *Cur quæso homines pœnitentiam recipiunt, ex infidelitateque ad fidem transeunt; idem vero in Potentiis dicere veremur? vel nobis dicat aliquis causam, cur homines carnem & sanguinem induti confugere possint mutati ad DEum per Christum; eos vero, qui puriori natura utantur* (idem non posse, sed) *omnes incapaces esse credendi in servatorem, minimeq; obstupescere propter prodigiosas virtutes, quas ipse fecerit. At ego reor etiam circa eas potentias, principatus quos vocant, aliquid factum fuisse, immutatas in melius Christi adventu.*

§. V.

His Origenis atque Asseclarum assertionibus non Patrum duntaxat Præstantissimi, prout in *Hieronymo*, *Athanasio*, *Augustino* jam vidimus, aliorumq; suffragiis posset confirmari, rationes suas, verum integræ *Synodi* anathemata sua opposuere. Quemadmodum e *Concilio Constantinopolitano secundo*, quod Oecumenicum Quintum appellatur, conspicimus. Habitum autem illud fuit circa Annum Seculi Sexti Quinquagesimum Tertium imperante Justiniano Seniore, cui felicissimam legum restaurationem debent Jure Consulti. Anno post Consulatum Basilii duodecimo, cum Episcopatui Romano præesset Vigilius, Constantinopolitano primum Mennas, deinde Eutychius, Alexandrino Apollinaris, Antiocheno Domuinus, Hierosolymitano Damianus. Inter causas convocandæ Synodi, præterquam quod adhuc reliquiæ Nestorii atque Eutychis Ecclesiam turbassent, potissimum fuisse *Origenis dogmata* juxta *Nicephorum* Histor. Eccles. Libr. XVII. Cap. 27. fol. 590. cum aliis *Joh. Ludovicus Hartmannus* Tomo tertio Concil. Illustratorum fol. 682. affirmat. Cui sociari poterit *Ellies du Pin*, Docteur de la Faculté de Paris, dans sa Nouvelle Bibliotheque des Auteurs Ecclesiastiques, Tome V. f. 450. ubi omnium prolixissime Concilii hujus hi-

ſtoriam pertexuit. *Origenis* enim *errores* Monachi Palæſtinæ ab Orco revocaverant, corpora quibus circumdantur in terris homines, reſuſcitatum iri negantes, pœnas malorum finiendas eſſe, *Diabolos in priſtinum ſtatum reſtitutum iri.* Quam ob rem centum & ſexaginta quinque Præſulum ſuffragiis, referente *Nicephoro* Libr. XVII. Cap. 28. fol. 893. etiam hic Canon conſtitutus eſt: *Si quis dicit aut ſentit, temporanea eſſe Dæmonum & impiorum hominum tormenta, finemque ea tempore aliquo habitura, ſive reſtitutionem Dæmonum aut impiorum hominum futuram, anathema ſit. Anathema ſit Origeni, qui & Adamantius dictus eſt, & hæc promulgavit, una cum deteſtandis ejus & execrandis dogmatibus, & homini omni qui hæc ſentit aut aſſerit, aut aliqua ex parte quocunque prorſus tempore ea defendere audet: In Chriſto Jeſu Domino noſtro, cui gloria in ſecula ſeculorum, Amen.*

§. VI.

Nulla interim Eccleſiæ Antiquioris ſive argumenta ſive Anathemata impedire potuerunt, quominus *ab intempeſtivæ Miſericordiæ Patronis* ſeculo a Reformatione Lutheri celebrato Doctrina Origenis in lucem revocaretur. Id quod *Johannes Denckius* Bavarus Norimbergenſis dictus audebat, Vir, uti *Johannes Hornbeck*, D. ac Profeſſor Theologus Univerſ. Utraject. in ſumma controverſiarum religionis Libr. V. qui de Anabaptiſmo agit, fol. 341. auctor eſt, ceteroquin non indoctus, qui Wormatiæ cum Ludovico Hetzer concionatorem Evangelicum in illa urbe alium *Jacobum Cautium*, dum in vertendis ex Hebraico Prophetis Majoribus una occupantur, ſuis opinionibus infecit, atque ut pro iis publicam diſputationem ſuſtineret, adegit. Hunc Johannem Denckium *Henricus Bullinger* Libr. II. adverſus Anabaptiſtas Cap. XV. fol. 73. *Sectæ Anabaptiſticæ columnam & Principem* vocat, memorans quod arbitratus fuerit, *Deum poſtremo omnium miſerturum.* Nam Ipſum non poſſe in æternum iraſci. Præterea ſeculi aut æternitatis nomen non ſemper perpetuitatem; ſed quandoque diuturnitatem ſignificare. Itaque *tandem aliquando impios una cum Diabolis ſalvandos eſſe.*

§. VII.

240

§. VII.

Idem Denckio huic attribuit *Johannes Wigandus*, D. Episcopus Pomezaniensis, L. de Anabaptismo fol. 18. *Deum tandem*, inquiens, *omnium hominum & Diabolorum misert urum ipsosque ex inferno liberaturum.* Quem errorem variis in locis notat confutatque fol. 15. 247. 296. Nec Confessioni Augustanæ imputari potest, dogmatis hujus ex Origenistarum rivulis in Anabaptistarum lacunas derivati mentionem non fuisse factam; cum Articulo XVII. *damnentur Anabaptistæ*, *qui sentiunt Hominibus damnatis ac Diabolis finem pœnarum futurum esse.* Hinc in mutata Confessione a *Philippo Melanchthone* Articulo 17. subjectum est: *Damnamus & Origenistas, qui finxerunt Diabolis & damnatis finem pœnarum futurum esse.* Vide *Syntagma* Confessionum Fidei p. 15. Et *Carpzov*. Isagoge in Libros Symbolicos fol. 472.

§. VIII.

Quemadmodum vero *hodierni Fanatici* Anabaptistarum deliriis vehementer delectantur, ita & hunc de *Restitutione Diabolorum* errorem ante aliquot annos non exiguis tantum tractatibus, sed spissis voluminibus asserere ausi sunt. In recenti memoria adhuc versatur perniciosissimus libellus: das ewige Evangelium der allgemeinen Wiederbringung aller Creaturen/wie solche unter andern in rechter Erkäntnüß des mitlern Zustandes der Seelen nach dem Tode tieff gegründet ist/ und nach Ausführung der endlichen Gerichte GOttes dermaleins völlig erfolgen wird/ vorgestellet/ und zum Preiß des ewig liebreichen GOttes/auch zur Erweckung einer heiligen Gegen-Liebe verkündiget/ von einem Mitgliede. D. Ph. G. sive der Philadelphischen Gesellschafft. Qui tractatus secundum quorundam opinionem a *Petersenia* elaboratus, 1700. recusus est præfixusque volumini duos Tomos in folio complectenti sub titulo: Μυστήριον ἀποκαταστάσεως πάντων, das ist/ das Geheimniß der Widerbringung aller Dinge/ darinnen in einer Unterredung zwischen Philaletham

tham und Agathophilum gelehret wird/ wie das Böse und die Sünde/ die keine ewige Wurtzel hat/ sondern in der Zeit geuhrständet ist/wiederum gäntzlich solle auffgehoben und vernichtet: hingegen die Creaturen GOttes/die nach seinem Willen das Wesen haben/doch eine jegliche in ihrer Ordnung/ von der Sünde und Straf der Sünden/ nach Verfliessung derer in der göttlichen Oeconomie darzu bestimmten Perioden/u. nach Ausübung der Gerechtigkeit/ Krafft des ewigen Rathschlusses durch JEsum Christum den Wiederbringer aller Dinge/ zum Lob und Preiß seines herrlichen Nahmens/sollen befreyet und errettet werden/auff daß da bleibe das Gute/ und GOtt sey alles in allem/ offenbahret durch einen Zeugen GOttes und seiner Warheit. Gedruckt zu Pamphilia 1700.

§. IX.

Quis scripti *Autor* sit ; curiose non inquiremus. *Johannes Fridericus Corvinus*, Pastor Primarius Ecclesiæ Hornburgensis in Principatu Halberstadiensi *in corpore doctrinæ* oder Fürbildung der Lehre von der wahren und falschen Pietæt oder Gottseeligkeit. Præfationis §. 18. & 23. illius compositionem ad Doctorem *Peterſenium* refert, dum Impressor *de Launoy* illud in nundinis Lipsiensibus publice tanquam opus Peterſenianum divendidit, in cujus rei fidem *Christianus Müller* Bibliopola Gothofredum Barthium Notarium Cæsareum requisivit, ut publicum instrumentum conficeret. Quam ob causam dictus Barthius assumptis duobus testibus, Benjamine Mühlbachio, S Theol. Studioso, & Daniele Stahlio in Bonaventuræ de Launoy Bibliopolæ Offenbacensis officinam librariam se contulit 1700. 9. Oct. Librum supra indicatum sub nomine Peterſenii petens ; Qui Bibliopola de Launoy, non tantum se illud Peterſenii opus habere affirmavit, verum etiam trium florenorum pretio vendidit, prout in literis instrumenti fusius confirmatum est. Libri utriusque *scopus*, tam ex inscriptionibus summariis, eum in finem adpositis, quam inspectione unius alteriusve paragraphi patescit. *In tracta-*

242

ractatu primo, dem ewigen Evangelio. fol. 16. videtur,
quid per restitutionem universalem intelligi velint, nempe:
Eine endliche allgemeine Wiederbringung/in welcher alle
Creaturen GOttes/ doch nicht absolutè, sondern jede in
hrer Ordnung nach und nach werden aus ihrem Ver-
derben gerettet/ und vollkömmlich in den seligen Zustand
wieder versetzt oder gebracht werden/ darinnen sie bey
hrer Schöpffung oder in ihrem Anfange sich befunden
und erblicket haben. *In tractatu secundo* Dialogo scilicet
Philaletham inter ac Agathophilum von der Wiederbrin-
gung aller Dinge/ fol. 254. Paragr. CCLXXXIV. §. 2.
larius se explicat Autor. Solches gibt uns auch die Ur-
ach an die Hand/ warumb **keiner von den gefallenen
Engeln** biß hieher sich bekehret hat/ noch nach so vielen
grossen Æonen sich bekehren werde/ sondern so lange als
in abgesagter Feind werde gehalten werden/ biß ihm al-
es/ was er von GOttes Creaturen geraubet/ entnom-
men seye/ und biß er mit seinen Engeln sein Reich/ dessen
grösseste Macht in der verführten Menschen-Menge be-
tehet/ verstöret sehe/ und erfahre/ wie alles Verführte
wieder zu GOtt durch Christum gebracht worden. Da/
da wird er/ der so alleine und verlassen sitzet/in sich schla-
gen/ und sich GOtt auffgeben/ und für ihm sich beugen/
welches denn der Weg ist/ **dadurch ihm nachgehends
mag geholffen werden**/ rc. Et §. 3. Der feurige Pfuhl/
darinnen er GOttes Zorn fühlen wird/ ist ihm kein se-
liger Ort/ so wenig ein Kercker ein seliger und leiblicher
Ort mag genannt werden. Wenn er aber nach langer
Zeit und ausgestandenen Gerichten sich zu den Füssen
Christi leget/und unter sein Haupt in der Ordnung wieder-
gebracht wird/ so wird der in ihm verschlungene und un-
tergetruckte Göttliche Funcke/ und doch verborgene Licht/
welches in ihm Finsterniß worden war/ wieder erwecket/
und muß ihm eben das bey solchem Stande **der Wie-
derkehrung zum Guten dienen**/ was ihm zur Straf
gegeben war/ wie es denn das grösseste Kunststück un-
sers GOttes ist/ daß er aus dem Bösen was Gutes her-

 vorbrin-

243

vorbringen kan. Porro §. 4. pergit: Es kan geschehen daß nach vielen tausend Jahren / worinn die **gefallen Engel** die Zorn-Fluthen GOttes gefühlet / sie noch e halten / und zu GOtt **und ihrem vorigen Stan mögen gebracht werden.** Quando vero Philaletha fo 253. a. paragrapho CCLXXXV. objicit: Es ist ab dem menschlichen Gemüth ein Abscheu zu hören: Da **der Teufel einmahl werde selig werden**; Respond Agathophilus par. CCLXXXVI. §. 1. Es wäre freyli also / wenn man glauben solte / der Teufel werde / so fe er ein Teufel ist / selig werden. Nachdem man ab erkennet / daß der Teufel erst müsse gantz vernichtet we den / und kein Teufel mehr seyn / **ehe der gefallen Engel wieder zu Gnaden kommen kan**; so kan es u eben so wenig befrembden / oder abscheulich vorkomme als wenn wir hören / daß der gefallene Mensch / der e Kind des Zorns und der Finsterniß gewesen / wieder z Seligkeit gelanget.

§. X.

Quæ Novorum Origenistarum somnia a *Jana L ade*, Anglicanæ stirpis muliere, in den Bottschafften des wigen Evangelii / & ab *Autore* scripti Gallici: *Entretie sur la Restitution generale de la creation*, aliisque inprimis ve μυστηρίου ἀποκαταστάσεως πάντων. Promocondo plurim rum *Scripturæ Sacræ dictorum* ostentatione palliantur. Q singulatim, si quis vellet examinare, non Tomi unius opus a gredereturt. Quare locum ex *Actis Apostolicis* Cap. III, 21. u de operi palmario denominationem mutuaverunt, tanqua disquisitionis Academicæ Thema selegimus, his verbis con prehensum: ὃν δεῖ οὐρανὸν μὲν δέξασθαι ἄχρι χρόνων ἀποκατα στάσεως πάντων ὧν ἐλάλησεν ὁ Θεὸς διὰ στόματος πάντων ἁ γίων αὐτοῦ προφητῶν ἀπ' αἰῶνος. Quem oportet cœlum qu dem suscipere *usque ad tempus restitutionis omnium*, quæ l cutus est DEus per os omnium sanctorum suorum Proph tarum a seculo. Non autem animus nobis est versicu totius tractationem suscipiendi, sed eorum duntaxat, qu

Act. 3 v. 21.

instit

nstituto nostro commoda fore videbuntur. Quæritur ergo: *Qualis* & *quorum* ἀποκατάστασις intelligenda nobis veniat?

§. XI.

Vox Græca ἀποκατάστασις in Novo Testamento ræter *Actor.* III, 21. de quo nobis sermo est, nullibi occurrit. Verbum vero ἀποκαθίστημι, & ἀποκαθιστάω & ἀποκαθιστάνω in conjugatis suis aliquoties. Quilibet Rudimentum Græci Idiomatis gnarus videt ex gemina præpositione erbum compositum esse, ἀπὸ, κατὰ, & ἵστημι, ἱστάω, ἱστάω, *statuo*, *colloco*. Hinc ἀποκαθίστημι a Scriptoribus Sacris adhibetur vel de *restitutione Medica* vel *Chirurgica*, quando membrum aridum vel alio casu corruptum pristinæ suæ integritati restituitur. Sicut *Matthæus* Apostolus & Evangelista *de manu* cujusdam *arida* refert *Cap.* XII, 13. quod Christi Archiatri Cœlestis ope ἀποκατεστάθη ὑγιὴς *sanitati restituta sit.* Sic *Marcus* Cap. III, 5. de eodem dicit: καὶ ἀποκατεστάθη ἡ χεὶρ αὐτοῦ ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη, *& restituta est manus ejus na, sicut altera.* Confer. *Luc.* VI, 11. *Marci* VIII, 25. de *Cæco* citur: καὶ ἀποκατεστάθη καὶ ἐνέβλεψε τηλαυγῶς ἅπαντας *tum stitutus est; & suspexit clare omnes.* Vel usu venire solet de *restitutione Politica* regni collapsi, quo sensu Apostoli, ut *Actor.* , 6. refertur, convenientes Christum interrogarunt, dicendo: ύριε, εἰ ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ ἀποκαθιστάνεις τὴν βασιλείαν τῷ σραήλ; *Domine, num in tempore hoc restituis Regnum Israe*? regnum sc. illud mundanum, de quo mater filiorum Zebedæi ad Christum locuta est; *dic*, inquiens, *ut sedeant hi duo filii mei, unus ad dextram tuam, & alter ad sinistram tuam in regno tuo, Matth. XX, 21.* vel occurrit de *restitutione Physica*, uando quis ratione corporis absens ex itinere reversus alteri stituitur. Quo significatu *Paulus* in Epistola ad *Hebræos* *III*, 19. scripsit: περισσοτέρως δὲ παρακαλῶ τοῦτο ποιῆσαι, ἵ τάχιον ἀποκατασταθῶ ὑμῖν. *Insuper vero rogo*, (vos,) *facere, ut celerius restituar vobis.* v. *D. Seb. Schmid.* comm. l. f. 1451. Vel etiam de *restitutione Theologoca*, quæ per ædicationem pœnitentiæ fit, sermonem esse videmus, ando nempe Jesus discipulis de Johannis Baptistæ officio

245.

loquens respondit: Ἠλίας μὲν ἔρχεται πρῶτον, καὶ ἀποκ-
]αςήσει πάντα. *Elias quidem veniet prius, & restituet omn*
Juxta vaticinium *Malachiæ III, 25. convertens nempe cor patru*
& filios, & cor filiorum ad Patres eorum. Confer. *D. Gerbar*
Annat. Posthumas in *Matth. XVII*, 12. fol. 759.

§. XII.

Quod vero derivatam vocem ἀποκα]άςασις attin
Origenes diversis illam similitudinibus e re *Chirurgica* & *Poli*
ca petitis exponit Homilia XIV. in Jeremiam ad verba Pr
phetæ XV, 19. ן כה אמר יהוה אם תשוב
ואשיבך *Propterea sic dixit Dominus: si conversus fueris & co*
vertam te. A LXX. Interpretibus sic translata; διατῦτο τα
λέγει κύριος, ἐὰν ἐπιςρέψῃς, καὶ ἀποκαταςήσω σε. *I*
hæc dicit Dominus: si conversus fueris, restituam te, comme
tans fol. 144. ταῦτα πάλιν λέγεται πρός ἕκαςον, ὃν π
ρακαλέσει ὁ Θεὸς, ἐπιςρέψαι πρὸς αὐτόν. Μυςήριον δὲ
δοκεῖ ἐνταῦθα δηλῦσθαι ἐν τῷ. ἀποκα]αςήσω σε, ἐδεὶς ἀ
καθίςαται εἰς τινα τόπον μηδαμῶς πότε γενόμενος ἐ
ἀλλ' ἡ ἀποκα]άςασίς ἐςιν εἰς τὰ οἰκεῖα. οἷγε ἔξαρθρόν
ἐὰν γένηται μέλος ὁ ἰατρὸς πειρᾶται ἀποκατάςασιν π
σαι]ῦ ἐξάρθρυ. ὅταν ἔξω τις γένηται τῆς πατρίδος εἴτε
κ..ως, εἴτε ἀδίκως, ἀπολαμβάνῃ δὲ τὸ δύνασθαι πά
ἐν τῇ πατρίδι εἶναι κατὰ τὺς νόμυς, ἀπεκατέςη; ἐπὶ
πατρίδα τὴν ἑαυ]ῦ. τὸ αὐτὸ νόει μοι καὶ ἐπὶ ςρατιώτυ,
βληθέντος ἀπὸ τῆς ἰδίας παρατάξεως, ἀποκαθιςαμ
λέγει ὖν ἐν θάδε πρὸς ἡμᾶς τὺς ἐπιςρέψαντας. ὅτι ἐὰ
πιςρέψωμεν, ἀποκαταςήσει ἡμᾶς. *Ad omnes hæc loqui*
Deus, quos reverti vult ad salutem: Videtur autem quiddam
gnificare mysterii in eo, quod ait: restituam te: nemo quippe re
tui potest, nisi in eum locum unde ante discesserat. Re
tutio enim fit in locum pristinum. Utputa si membr
corporis mei fuerit à compage disjunctum, medicus il
in pristinum locum restituere conatur, si aliquis separa
e patria, in exilium mittitur, & postea per indulgenti
eorum, qui possunt exules solvere, redditur libertati,
dit, unde fuerat expulsus. Miles quoque abjectus ex or

246.

ne suo, restituitur ordini, si acceperit veniam. Ita & nunc dicitur ad mortale genus, id est, ad nos homines, qui a Deo fueramus aversi: si conversi fueritis, restituam vos, cui explicationi locum quoque nostrum ex Actis subjungit: τὸ γὰρ τὸ τέλος, inquiens, τῆς ἐπαγγελίας τοιοῦτόν ἐστιν, ὡς ἐν ταῖς πράξεσι τῶν Ἀποστόλων γέγραπται, ἄχρι χρόνων ἀποκαταστάσεως πάντων &c. *finis quippe repromissionis restitutio est, ut in Actis Apostolorum legimus, Usque ad tempora restitutionis omnium*, &c.

§. XIII.

Qui *Polybii* Lycortæ F. Megalopolitani lectione delectatur, Libr. IV. Histor. Cap. 23. Edit. Gronov. Tomo I. fol. 403. reperiet vocem ἀποκατάστασιν adhiberi de *Urbis seditione agitata restitutione*. Postquam enim Sparta intestinis motibus turbaretur, & Ephori, Adimanto, Sthenelao, Alcamene, Thyeste, Bionida aliisque neci datis, ad Philippum Regem Macedoniæ, qui exspectatione eorum citius advenerat, protinus miserunt παρακαλέσοντας αὐτὸν ἐπισχεῖν τὴν παρουσίαν ἕως ἂν ἐκ τοῦ γεγονότος κινήματος εἰς τὴν ἀποκατάστασιν ἔλθῃ τὰ κατὰ τὴν πόλιν. *Qui orarent ipsum, ut adventum in urbem tantisper differret, donec res civitatis sidente motu præsentium turbarum ad priorem statum rediissent.* Apud *Dionysium Areopagitam* Libro de divinis Nominibus Cap. IV. Edit. Paris. fol. 187. *sensu Astronomico* de magnorum luminum, *Solis & Lunæ* ad punctum, unde discesserant, *reversione* occurrit: Τῆς τῶν δύο φωστήρων, οὓς τὰ λόγια καλεῖ μεγάλους, ἀπὸ τῶν αὐτῶν εἰς τὰ αὐτὰ περιοδικῆς ἀποκαταστάσεως.

§. XIV.

Quæ similitudines licet singulæ eleganter possint evolvi, & ad materiam substratam commodè applicari, placet tamen Interpretibus imprimis ea, quæ a *rebellionis sedatione* mutuatur. Hinc *Paulus Tarnovius*, Doctor ac Professor Theologus in Academia Rostochiensi, in Exerci-

ercitationibus biblicis ad Actor. III, 19. 20. 21. fol. 1142. §. 27. notat, χρόνυς ἀποκαταστάσεως eleganter vocari tempus futuri seculi, secuturum post habitum judicium extremum, quod, cur hoc nomen obtineat, ex his conjecturis aliquem capturum esse putat. In creatione omnia erant bene constituta, & singulorum ὀρθόστασις: verum per lapsum primorum Parentum eorumque ἀποστασίαν contigit quædam στάσις seditio ac rebellio, atque ita multa propter hominem, dominum eorum, sunt de sua & felicitate pristina deturbata, adeo ut etiam propter eum creaturæ vanitati sint subjectæ, *Rom.* VIII. Venit autem alter Adam Christus, & sua vita, passione ac morte promeruit, ut, qui in ipsum credit, salvari possit, & hæc est velut quædam salutaris κατάστασις. Quoniam vero in hoc mundo non omnia reducuntur in statum pristinum, siquidem omnia nondum suum assecuta sunt finem, mali nondum plenariè puniuntur, pii nondum perfectè beantur: restare ait tempus ἀποκαταστάσεως, quando ab illo priori gratiæ statu ad statum gloriæ perfectæ pervenient justificati. Breviter: στάσιν in denegato Creatori a primo Adamo officio: κατάστασιν in secundi Adami Redemptoris beneficio: ἀποκατάστασιν in extremo judicio collocat.

§. XV.

Cum quibus non inepte confert Tarnovius ea, quæ ad *Luc.* VI, 11. Ἀυτοὶ δὲ ἐπλήσθησαν ἀνοίας, *ipsi autem repleti sunt amentia*, commentatus est *Martinus Chemnitius* Harmonia Evangel. Cap. 49. fol. 262. paucisque mutatis Chemnitianam expositionem auxit: hominem scilicet initio ad imaginem DEi creatum habuisse πρόνοιαν perspicaciam veritatis, *Ephes.* IV, 24. Per lapsum amissa luce veritatis incidisse in ἀπόνοιαν, seu παράνοιαν efficaciam falsitatis, *Joh.* VIII, 44. Dum vero ex immensa sua misericordia lucem verbi sui accendisse, ut reduceret nos ad μετάνοιαν, i. e. *mentis sanitatem*, 2. *Tim.* II, 25. 26. *Luc.* XV, 1. 8. 9. 10. quam si spernit homo, incidere in ἄνοιαν *finalem infidelitatem*, & æternam calamitatem, *Rom.* II, 4. 5. & I, 18. 24. 26. si

vero

248

vero grata mente manuque fidei nimirum, salubrem illam admonitionem ac promissionem de remissione peccatorum suscipit, pervenire tandem post hanc vitam ad *plenariam ὁμόνοιαν καὶ εὔνοιαν concordiam* & felicitatem, ubi nec in homine amplius dissident caro & spiritus, nec ipsi molesti sunt suis litibus aliis, nec ipse Deo & Angelis repugnat, sed cum omnibus suavissimam colit pacem.

§. XVI.

Nobis carere dubio videtur, vocabulum *ἀποκατάστασιν tres periodos* involvere, *Stationis, Lapsus & Restitutionis*. Restitutionis nempe tam *inchoatæ* in hac, quam *consummatæ* in altera vita. *Periodum stationis* vocari licebit *στάσιν*, cum *στάσις* proprie *statum* sive *stationem* i. e. ipsum standi actum vel etiam *positionem* aut *collocationem* designet. Στάσιν scilicet eam, in quam homo a Deo creatore collocabatur ישר *rectus*, *integer*, perfectus, *Eccles.* VII, 30. omnium quæstionum seu jurgiorum, pugnarum, seditionum, rebellionum intus & foris expers, juxta *Tirini* Jesuitæ comment. h. l. carens omni vitiorum tortuositate, hiulcisque defectuum lacunis, & deflexione a recta legis norma. *Stans* quoad *intellectum* in sufficiente DEi ac creaturarum cognitione, *Col.* III, 10. *Gen.* I, 26. Quoad *voluntatem* in liberrima conformitate cum voluntate divina, *Ephes.* IV, 24. Quoad *Affectus*, in ordinato passionum moderamine. *Primi enim Parentes nullis agitabantur animorum perturbationibus* dicente *Augustino* Libr. XIV. de Civ. DEi Cap. 10. fol. 105.

§. XVII.

Periodus secunda complectitur *Lapsum* sive *ἀποστασίαν*, sive *παράβασιν Ἀδὰμ transgressionem Adami*, qua integritatis statu excidit, *Rom. V*, 14. vel *παράπτωμα Rom. XIV*, 15. 17. 18. *ἀπὸ τοῦ παραπίπτειν prolabendo* vel *præter cadendo*, cum homo *ultra rectam justitiæ lineam prolaberetur*. Quam *ἀποστασίαν* comitatur in *mente* cœcitas, & ignorantia rerum tam naturalium, quam supernaturalium, ignorantia tam scopi, quam viæ salutis, error; *In voluntate ἀδυναμία*, in cur-

su spi-

249.

ſu ſpirituali acedia, *καχεξία*, nauſea veri bonique, etiar
proprii ſtatus rebellio, *Φιλαυτία*, ſecuritas, cura ſeculi &
In *affectu* ſumma a bono averſio, beſtialis inclinatio, aſ
ninus ſtupor, pavonina ſuperbia, lupina avaritia, vulp
pina calliditas, ſuilla impuritas, canina invidia, leonina fe
rocia, ceu beatisſimæ memoriæ *Dannhavverus* Noſter in Ho
doſophia fol. 342. 343. & 346. nervoſe locutus eſt. *Peri*
dus tertia continet *ἀνάςασιν* ſive *κατάςασιν* inchoatam i
hac vita, qua homo beneficio verbi divini per & propter Chr
ſti meritum ex ingente illa mentis cœcitate & *ἀδυναμία* o
mnimoda ad aptitudinem ac capacitatem Chriſtum ſalutarite
agnoſcendi; actualemque rerum ſpiritualium agnitioner
2. *Cor.* IV, 6. Ex impotentia amplectendi oblatum i
Evangelio bonum, *Rom.* VIII, 7. ad fiducialem recumben
tiam in DEum Redemptorem, *Rom.* VI, 11. ex *ἀναισθησί*
peccati ſeu carentia ſenſus mali, in quo jacuit mortuu
Eph. II, 1. 5. ad cordis compunctionem odiumque peccati re
ſurgit. Quoniam vero omnes hominis regenerati actio
nes, quamdiu in hac terra verſatur, multa infirmitate labo
rant, conſummata *ἀποκατάςασις* in altera demum vita ſe
quetur.

§. XVIII.

Ex quibus ſimul *ἀποκαταςάσεως* hujus *objectu*
innoteſcet occaſione vocis *πάντων* jam uberius exponendun
Autor Dialogi von der Wiederbringung aller Ding
haud parum patrocinii ſententiæ ſuæ comparatum eſſe ex
ſtimat e voce *πάντων* fol. 4. b. ſic ſcribens: Was nu
jemahls in den Fall gerathen durch Ubertretung und Sün
de / es ſey in Menſchen und Engeln / oder andern Creatu
ren die mit verdorben ſind / alles daſſelbige muß einmal
durch die *ἀποκατάςασιν* wieder gut gemacht / und wie
der gebracht werden. Weßwegen der Apoſtel Petrus da
Wort *πάντων* **aller Dinge** hinzuſetzt / als ein ſehr groſſe
und weit um ſich greiffendes Wort / welches alles in ſic
begreiffet / was irgends ein wahres und durch GOtte
Willen geſchaffenes Weſen je gehabt hat. Weil **dan**
D

ie gefallene Engel ihr Wesen auch von GOtt haben/ nd vorhin nach seinem Willen als gute Engel geschaf-n seyn/ ob sie gleich davon per στάσιν καὶ ἀποστασίαν bgefallen/ so müssen sie auch Krafft dieser ἀποκαταστάσεως πάντων, als zu welchem Gantzen sie mit gehören/ inmahl wiedergebracht/ und in ihren vorigen guten Stand durch JEsum Christum den Wiederbringer ver-set werden.

§. XIX.

Unde patet, quod voce πάντων non creaturas tan-m ratione præditas, sed ab his diversas quoque complecta-r, quod & illæ restitutionis commodo gavisuræ sint. odem plane sensu, quo celebris Jesuita *Cornelius a Lapi-* olim in Lovaniensi, post in Romano Collegio Sacrarum iterarum Professor ad *Actor. III*, 21. *usque in tempora resti-tionis omnium* commentatur, DEum die judicii homi-em lapsum in peccatum, ærumnas & mortem, DEo, glo-æ, & felici immortalitati restituturum esse, *Angelorumque inas* instauraturum. Pariter tunc cum homine *cœlum*, *e-menta*, *totumque orbem* primæve integritati, incorruptioni splendori restituturum. Adeoq; tunc renovationem & qua-regenerationem *totius mundi* futuram esse. Id quod aucis repetit ad vocem *omnium*: non tantum *temporum*, t vertit *Syrus*, sed & hominum *rerumque omnium*. Corne-o adjungi poterit *Libertus Fromondus*, Doctor Theologus Sacrarum Liter. in Academia Lovaniensi Professor Regius ommen*t*. ad Act. III, 21. fol. 51. ubi verbis: *usque in tempo-restitutionis omnium* hæc subjungit: *Usque ad tempus, uod imponet finem restitutioni omnium rerum, quando mortui surgent, & cœlum ac elementa igne conflagrationis purgabun-ur, & in amœniorem faciem restituentur.* Sicut Justo latius ocem πάντων explicasse quoque videtur *Gerbrandus van eeuwen*, Doct. ac Professor Theolog. Scholæ Amstælodam. omment. h. l. fol. 93.

§. XX.

De eadem quæstione duo *Calvinianorum* Eruditissi-

 mi

mi Viri egerunt, *Andreas Rivetus*, Pictavus Sammaxent
nus, Theolog. Doct. & Sacrarum Literarum in Lugdunen
Batavorum Universitat. Professor Tomo I. Operum, Exerci
tat. LVIII. ad Cap. VIII. Gen. v. 22. *Deinceps quam diu e
rit terra, sementis & messis frigusque & æstus, æstasqve & hyem
diesque & nox non cessabunt* fol. 226. & seq. ubi partis utr
usque tam per ἀλλοίωσιν tantum mundi transitum definien
tium, quam per substantialem φθορὰν argumenta satis spe
ciose in medium profert, nihil tamen certi sub finem exerci
tationis definire audet. Similem in modum hic versatus es
Fridericus Spanhemius, Pastor & in Academia Genevens
Theologiæ Professor Dubior. Evangel. Parte III. Dubi
CXXXII. fol. 710. circa quæstionis decisionem, tutissi
mam esse regulam Augustini: *Melius esse dubitare de occul
tis, quam litigare de incertis:* adeoque ἐπέχει, suæque ἐποχῆς rationes profert fol. 711. & seq. Id quod etiam *non
nulli ex nostratibus* elegerunt, quorum loca in *Systemate Scher
zeriano* fol. 615. adducuntur, licet alii cum Patribus quibus
dam mundum non καθ' ὀσίαν, sed secundum qualitates tan
tum immutandum docuerint.

§. XXI.

Nobis hic sufficiat, Rivetum atque Spanhemium parum certitudinis e voce πάντων *Actor. III, 21.* pro asserenda cœli & terræ restitutione sperare. Postquam enim sententiam *Interpretis Syri* attulisset *Rivetus*, ἀποκατάστασιν ad ipsa tempora referentis, dum sic vertit עד מא למוליא דזבנא דכלהין *usque ad complementum temporum omnium illorum*, ut complementum significet prædictorum temporum, ad mentem *Scholiastis* Græci, qui ἀποκαθιστάνειν per εἰς πέρας ἐλθεῖν explicuit; subjicit fol. 229. a. etiamsi ἀποκατάστασις pro restitutione accipiatur, particulam tamen universalem πάντων *omnium* referendam esse ad illa omnia, *quæ sunt restituenda*, non ad omnia, quæ sunt aut fuerunt; quia inde sequerentur varia absurda *de Diabolis*, *de impiis*, *de omnibus brutis*, aliisque restituendis. Ideoque restitutionem putat referri posse *ad filios DEi* in statum meliorem restituendos, quam fuit

fuit is, in quo antea vixerunt, quæ tempora propterea vo-
centur v. 19. καιροὶ ἀναψύξεως, *tempora refrigerii.* Sic *Spanhemius* fol. 732. recte observat: ἀποκατάστασιν πάντων, *Actor.* III, 21. necessario universalem ἁπλῶς non esse, & omnium omnino corporum, sed satis, si restituantur quæ restituenda, & *quorum restitutio per os sanctorum Prophetarum prædicta fuerit.*

§. XXII.

Excipit Autor ἀποκαταστάσεως fol. 10. §. XIV. Wenn das Wort alles auff die Rede GOttes gehen solte/ und alles solches/ was GOtt geredet hätte/ solte wiedergebracht werden/ so müste Krafft des Wortes ἀποκαταστάσεως, wie oben erwiesen/ folgen/ daß etwas von den Worten GOttes wäre verlohren worden/ welches offenbarlich falsch ist/ darum so muß das Wort πάντων von dem Wort ἀποκαταστάσεως auff keinerley Weiß gerissen/ sondern zusammen behalten werden zum warhafftigen Sinn/ daß einmahl Zeiten kommen werden/ darin die Wiederbringung aller Dinge angefangen und vollendet werden solle. Verum non est, cur quicquam absurditatis timeatur a sententia eorum, qui vocem ἀποκαταστάσεως cum sequentibus quoque combinant. Damus utique ἀποκαταστάσεως vocabulum a voce πάντων divellendum non esse, sed asserimus simul eos, qui deinde τὸ πάντων absolute accipiunt, vel a sequentibus ὧν ἐλάλησεν ὁ Θεὸς διὰ στόματος πάντων ἁγίων προφητῶν ἀπ' αἰῶνος divellunt, boni interpretis officio neutiquam satisfacere, cum τὸ πάντων per sequentia restringatur, non omnium scilicet creaturarum restitutionem esse intelligendam, sed earum duntaxat *de quibus in Prophetarum verbis mentio fit.*

§. XXIII.

Quod vero ex sententia Bezæ putat, τὸ ὧν non ad πάντων sed ad χρόνων remotius pertinere, Philologiæ genuinæ regulis tueri non potest. Fatemur quidem, non deesse in Sacris Scripturis exempla, ubi relativa referant

 ea,

ea, quæ remotius diſtant, licet adſint propiora, ad (
videri posſint, referri, ut Gen. X, 12. *Reſen item, inter N*
ven & inter Kalach. היא hæc eſt civitas illa magna,
היא non ad proximum Kalach, ſed remotius Niniven p
tinet, urbem ſc. cujus magnitudo Jonæ III, 2, 3. & IV,
deſcribitur. Sic quando 2. *Sam.* XX, 6. David dixit
Abiſchajum: Tu ſume ſervos Domini tui, & perſequ
אחריו *poſt eum*, ſuffixum ו vav non ad proximum יך
Domini tui, quaſi illum Davidem ſc. ipſum, qui Abiſ
ji Dominus erat, perſequi debuiſſet, ſed ad remotius ש
Schebah referendum eſt, ceu v. 7. explica
ויצאו מירושלם לרדף אחרי שבע בן בכרי *Et*
iverunt ex Hieroſolyma ad perſequendum poſt Schebam, filium
chri. Ita in *Novo Teſt.* 2. Theſſ. II, 9. dicitur: *cujus adventus*
juxta operationem Satanæ in omni virtute, & ſignis & mirac
mendacii τὸ ȣ̃ relativum *cujus* non ad τὸ κύριος *Dominus*
ſtantivum propius, ſed ad τὸ ἄνομος *iniquus* pertinet, il
enim adventus juxta operationem Satanæ inſtituitur.

§. XXIV.

Quoniam vero adverſarii hac Philologorum ob
vatione, ut ex *Glasſio* patet, Libr. III. tract. II. Canone
de pronominibus fol. 516. abutuntur, dum *Sociniani*
Joh. V. v. 20. verba ȣ̃τος ἐστιν ὁ ἀληθινὸς Θεὸς καὶ ἡ
αἰώνιος, *Hic eſt verus DEus & vita æterna*, non ad prox
antecedentia ἐν τῷ υἱῷ αὐτȣ̃ Ἰησȣ̃ Χριστῷ, *in filio ejus*
Chriſto, ſed ad remotius τȣ̃ Θεȣ̃ DEum ſc. Patrem referu
quo veram Jeſu Chriſti Deitatem ſubvertant, ut ex *Soc*
contra Bellarm. & Wreck cap. V. claſſ. 3. argum. 12.
in comment. 1. Joh V. fol. 516. videre licet, optime n
nuit *Glasſius* tam ſub canonis initium quam finem cauti
me circa hanc relativæ ad vocabulum remotius relationem
dendum eſſe, *ne a textu vel vero ſcopo fiat aberratio*; co
ceditur, relationem fieri in quibusdam, ubi a context
conſideratione ſcopi, aliisque legitimæ Interpretationis n
diis necesſitas imponitur, ſed negamus, *pro interpre*
lubitu relativum ad remotius debere referri; cum ſecund

or

ordinariam functionem relativa ac demonstrativa pronomina ad proximum pertineant. Jam vero in loco nostro *Actor. III, 21.* prorsus nihil ad trajectionem illam sive relationem τȣ̃ ὧν ad remotius χρόνων nos adstringit. Manebimus itaque tam diu in vera relativorum pronominum relationis possessione, donec a Diabolorum Patronis demonstretur contrarium. Nec juvat effugium Autoris ἀποκαταστάσεως fol. 11. a. in aliis editionibus legi περὶ ὧν, *de quibus, Stephanus Curcellæus* annotavit hanc lectionem, sed sine mentione codicis; Exemplar *Oxoniense* fol. 314, adjecit notam codicis *Wecheliani* sc. sive Francisci Junii. Nam ne dicamus *Oxonienses, Parisienses, Antwerpienses*, ceterosque antiquissimæ notæ codices nostram tueri lectionem, etiam editionem Wechelianam, quæ 1601. Francofurti in folio prodiit, lectione tamen περὶ ὧν nihil sententiæ suæ præsidii comparant, sive etenim legam ὧν sive περὶ ὧν nulla adigor necessitate, ut vel illam vel has ad χρόνων & non ad πάντων proximum scilicet referam.

§. XXV.

Provocatur ab Autore ἀποκαταστάσεως fol. 113. ad locum *Ephes.* I, 10. ubi dicitur, DEum mysterium voluntatis suæ, juxta beneplacitum suum, quod proposuit in se ipso, nobis notum fecisse in dispensationem plenitudinis temporum, ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα ἐν τῷ Χριστῷ, τά τε ἐν τοῖς ȣρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς ἐν αὐτῷ, *ut restauraret omnia in Christo, tam quæ in cœlis, quam quæ super terra in ipso.* Hanc ergo ἀνακεφαλαίωσιν τῶν πάντων, & ἀποκατάστασιν τῶν πάντων habet pro ἰσοδυναμȣ̃σι, quemadmodum Actor. III, 21. sub πάντων intelligit Angelos lapsos, ita hic quoque Ephes. I, 10. sub πάντα comprehendit alles/ was jemahls durch die Sünden verlohren / verdorben und von dem Haupt Christo Jesu abgerissen und in eine Unordnung gebracht war / fol. 114. a. §. 2. Verum patebit mox, verba Apostoli apposita hanc explicationem in solidum respuere, cum inficiari non possit Autor Libri πάντα illud non in sensu absoluto poni, sed *limitato* per τὰ ἐν τοῖς

οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, *ea quæ in cœlis & quæ super terra sunt.* Diaboli vero neutri classi possunt annumerari, *non cœlesti*, quia ex Epistola Judæ v. 6. notum est, quod τὸ ἴδιον οἰκητήριον *proprium* domicilium, cœlestem scilicet habitationem, sive felicissimam mansionem malitiosa a DEo apostasia reliquerint. *Nec terrestri*, quia catenis tenebrarum in tartarum detrusi sunt, 2. Petr. II, 4.

§. XXVI.

Objectum itaque istius ἀνακεφαλαιώσεως sunt τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς Angeli beati in cœlis, & τὰ ἐπὶ τῆς γῆς sive homines, sed non æquali modo. Angeli boni a capite suo DEo Creatore nunquam divulsi sunt. Homines vero per lapsum capitis divini jacturam facientes simul Angelicæ societatis beneficio privabantur. Per Christum vero ἀνακεφαλαίωσις procurata, dum homines per Christum reconciliati non amplius a Dei Angelorumque commercio divellebantur, sed penes Angelos in bono perseverantes ad unum caput revocabantur. Egregie *Hunnius* ad h. l. fol. 18. *Græca*, inquit, *vox* ἀνακεφαλαιώσασθαι ἐμφατικῶς *designat instaurationem illam, & reparationem rerum per lapsum primorum hominum amissarum & ab invicem dispersarum recollectionem, nec non reconciliationem eorum, qui peccatis hominum offendebantur.* Confer *Balduinum* & *Calovium* comment. ad h. l.

§. XXVII.

Ita etiam se res habet cum statione ex Col. I, 16. & 20. deprompta, Libr. ἀποκαταστάσεως πάντων fol. 115. v. 16. dicitur: ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, *In ipso creata sunt omnia, quæ in cœlis sunt, & quæ sunt super terra.* v. 20. Καὶ δι' αὐτοῦ ἀποκαταλλάξαι τὰ πάντα εἰς αὐτὸν εἰρηνοποιήσας διὰ τοῦ αἵματος τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ δι' αὐτοῦ, εἴτε τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, εἴτε τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. In Christo complacuit omnem plenitudinem habitare. *Et per ipsum reconciliare omnia in ipsum, qui pacem fecit per sanguinem crucis suæ, per seipsum, sive ea, quæ super terra, sive*

ea,

250

ea, quæ in cœlis. In hoc autem dicto observat verba v. 15. & 16. quod Christus vocetur πρωτότοκος πάσης κτίσεως. *Primogenitus omnis creaturæ*, & v. 16. quod ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς &c. *In ipso creata sint omnia, quæ in cœlis, & quæ super terra*, inprimis vero quæ v. 20. habentur. Δι' αὐτοῦ ἀποκαταλλάξαι τὰ πάντα εἰς αὐτόν, daß alles durch ihn versöhnet sey in und zu ihm selbst / es sey auff Erden oder im Himmel. Quibus nunc subnectit: Und eben aus diesem Grund ist es nicht nöthig/daß Christus von neuem einmahl für die Engel und deren Sünde sterbe/weil sein Blut und sein pretium redemptionis so gültig / **daß sie zugleich ihre Versöhnung darinnen schon eingeschlossen finden**/ wenn sie zu ihrer Zeit einmahl von den teuflischen Sünden und Unart erlöst werden. Denn hie im Text steht klar / daß die Thronen und Herrschafften / und alles was im Himmel ist / beydes erschaffen und versöhnet sey. So warhafftig nun Christus die Thronen und Herrschafften / und Fürstenthümer / und Obrigkeiten / die im Himmel sind / durch ihn und zu ihm erschaffen hat / also und dergestalten / daß die Engel zu den Wercken seiner Hände mit gehören; so warhafftig hat auch Christus Krafft der klaren Wort des Apostels Pauli die vorgenante Thronen und Herrschafften/und Fürstenthümer uud Obrigkeiten / die im Himmel sind / durch ihn und zu ihm selbst versöhnet. Weil aber nun die ungefallenen Engel und Fürstenthümer kein Objectum der Versöhnung seyen / als die nicht gefallen / noch gesündiget/und keine Versöhnung von nöthen gehabt haben / sintemahl das Griechische Wort ἀποκαταλλάττειν in seinem natürlichen eigentlichen Verstand/wie Budæus in Lex. schreibet/so viel heisset / als reconcilio, ad concordiam & contubernium adduco, amicos concilio, item ↄ direptam gratiam & solutam sarcio, so **müssen es die gefallene Engel seyn** / die durch Christum und zu Christo versöhnet seynd / **und dermahleins der Krafft seiner Versöhnung theilhafftig werden** / zu seinem Preiß und zu seines Nahmens Verherrlichung.

257.

chung. Cum hæc expositione meretur conferri obscurior commentatio ejus, qui *Ambrosii* nomen præ se fert. (Ambrosio non adscribenda, cum *Bellarminus* de Scriptor. Eccl. fol. 96. de commentariis in Epistolas sancti Pauli jam pridem observaverit, *quod a multis non credantur Ambrosii, nec sine causa.*) Tomo V. Oper. comment. ad Col. I. fol. 2026. Edit. Paris. *Hoc est, quod supra memoravi, quia ut ea omnia quæ fecit per illum, restauraret, cum errore quodam discrepare cœpissent ab invicem, nec non & ab autore, (est enim adhuc error in carnalibus cœlis) humiliavit eum incarnando illum, ut homo factus ostenderet ac doceret, quomodo possint ea, quæ in firmamento sunt, & super terram reconciliari creatori.* Quibus verbis Origenianum quid indigitari prodit, ad quem provocat commentarius in Cap. I. Epist. ad Ephesios, ubi fol. 1994. ait: *Omnis ergo creatura in cœlis & in terris dum discit agnitionem Christi, restauratus ad id, quod est condita. Cum enim ad unius DEi fidem imbuitur, cognito mysterio Salvatoris ab errore, quem cœperat, restauratur, pro certo habens creatorem suum unum esse, & DEum & Dominum. Hinc est, unde & Johannes in Apocalypsi* (XII, 7.) *dicit: Vidi Michael & Angelos ejus in cœlo pugnare cum Dracone & cum exercitu ejus. Hæc repugnantia partim de errore est, partim de usurpatæ Tyrannidis præsumtione.* Hæc loca si conferantur, patebit, Autorem indicare Draconem cum exercitu suo ab erroribus suis fuisse restauratum.

§. XXVIII.

Quæritur ergo, quid in dicto hoc Paulino per πάντα intelligendum veniat? Plerique interpretum construunt πάντα cum εἴτε τὰ ἐπὶ τῆς γῆς εἴτε τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ut πάντα sit totum *Subjectum*, τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς constituant partes Subjecti, in quas totum distribuatur. *Prædicatum* vero absolvatur vocibus ἀποκαταλλάξαι καὶ εἰρηνοποιήσας. Vel si analysis logica *active* instituatur, *Christus* erit Subjectum v. 15. 16. 17. 18. descriptum τὰ πάντα v. 20. *Objectum totum*, id quod per τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς distribuitur in partes. *Actus* vero indicatur vocibus ἀποκαταλλάξαι, καὶ εἰρηνοποιήσας. Hinc est, quo *Guilielmus Estius*

Acade

cademiæ Duacenæ Cancellarius in Commentario ad Col. I, o. fol. 688. b. cum aliis statuat, hanc partem, *sive quæ terris*, referendam ad verbum *reconciliare* & explicatio-em esse dictionis *omnia*. Quod significare volens sua ver-one *Hentenius*, media verba (*pace facta per sanguinem cru-s ejus*) parentheſi inclusit. Quid autem per πάντα de-otetur, diversimodè sentiunt. Vulgatior Eruditorum o-inio per τὰ ἐπὶ τῆς γῆς alteram scilicet τῶν πάντων partem, *omines*, per τὰ ἐν τοῖς ȣ̓ρανοῖς *Angelos bonos* intelligit. vid. *hrysost.* h. l. & *Theophylact. Georgius Calixtus*, expositione li-erali Epist. ad Coloss. fol. 20. per ea, quæ in terra, *fideles dhuc in terra agentes*; per ea, quæ in cœlis, *jam pridem vita unctos, & ad cœlestis gloriæ consortium admissos* designat. Con-er e reformatis *Johannem Crocium* Doctorem Marpurgen-em comment. h. l. fol. 31. seq. Verum, quod *priorem* sen-entiam attinet, ubi καταλλάξαι de reconciliatione *Ange-orum cum hominibus*, quorum hostes propter defectionem a DEo Angeli boni facti erant, explicatur, excipit Autor ἀπο-ατας άσεως fol. 116. §. 7. Daß solche Auslegung in die-em Text keine statt finden kan/weil darinnen nicht steht / daß die Engel mit uns seyen versöhnet / sondern daß alles m Himmel εἰς ἀυτὸν zu Christo selbst durch ihn selbst eye versöhnet worden; also/daß die reconciliatio die Engel elbst angehe. Id quod jam a *Johanne Davenantio*, Episcopo Sarisburiensi, observatum fuisse memorat. Quoniam vero fol. 115. intimaverat, Angelos a lapsu liberos reconciliatio-is objectum esse non posse, quippe qui nullo peccato gratia divina exciderunt, necessario *Angelos lapsos* per Christum & in Christo reconciliatos esse asserere tentabat. *Calixtina* expositio omni Scripturæ suffragio destituitur, homines nempe diverso-um locorum consideratione distingui in τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ τὰ ἐν τοῖς ȣ̓ρανοῖς, cum universum Genus humanum κόσμȣ omine veniat, 2. Cor. V, 19.

§. XXIX.

Quamobrem, ut omnibus difficultatibus obviam rocedamus, textus Analysin aliter ex ipso verborum po-

259

situ instituendam esse censemus, nempe ita, ut duæ fi
Propositiones. Ex his verbis: δι' αὐτοῦ ἀποκαταλλά
τὰ πάντα εἰς αὐτὸν, hæc *Christus est reconcilians omnia in
ipsum.* Altera ex verbis textualibus posterioribus hoc m
do: *Christus est pacificans per sanguinem crucis suæ, per seips
sive ea, quæ super terra, sive ea, quæ in cœlis.* *Prioris* prop
sitionis objectum πάντα dico esse *solum genus humanum* t
quam solum objectum miserabile, cujus solius naturam, n
Angelorum, assumsit Christus, *Ebr.* II, 16. 17. Nec offic
quod non dicat Apostolus DEum ἀποκαταλλάξαι τοὺς πά
τας, cum notante *D. Sebast. Schmidio* comment. h. l. f
69. πάντα videatur habere emphasin, ut non tantum omniu
generum homines, sed *etiam omnia in hominibus* intelliga
tur, tam anima quoad intellectum, voluntatem & affectu
quam corpus, sicut 2. Cor. V, 17. dicitur: ἰδοὺ γέγονε καινὰ
πάντα, *Ecce facta sunt omnia nova.* Quam animæ renov
tionem prædixit *Ezechiel* XXXVI, 26. 27. Ad corporis v
ro, membrorumque renovationem adhortatur Apostolus, *Ro*
VI, 12. 13.

§. XXX.

Posterioris vero propositionis, in qua de Pacificatio
agitur, objectum duplex est, *cœleste* atque *terrestre*. Cœ
leste *non DEus* est, ut *Crocius* putat, quia DEus nullibi τ
ἐν τοῖς οὐρανοῖς appellatur, in Oratione quidem Dominica D
um alloquimur: Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, *Pater noster, q
es in cœlis, Matth.* VI, 9. τὰ vero ἐν τοῖς οὐρανοῖς de DEo no
adhibentur. *Multo minus Angeli mali* τοῖς ἐν τοῖς οὐρανοῖς po
sunt annumerari, ut Autor ἀποκαταστάσεως absurde conte
dit, cum Spiritus illos Rebelles cœlestibus habitaculis jussu d
vino emigrasse, jam supra intimaverimus, nec formula lo
quendi τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ampliationi Logicæ locum conc
dat. *Nec homines beata morte defuncti*, ceu modo indicatum
fuit. Sed *Angeli boni* τὴν ἑαυτῶν ἀρχὴν τηρήσαντες καὶ μὴ ἀπολ
πόντες τὸ ἴδιον οἰκητήριον, *qui Originem suam retinuerunt, nec re
liquerunt proprium domicilium*, ut verbis Apostoli animi sen
exprimamus. Ista autem pacificatio non inter Deum & Ang

Proba hanc absurditatem

lo

260

facta, cum Angeli boni a partibus sui Creatoris nun-
m recesserint, sed inter *Angelos* & *homines*, cujus ratio-
n insignite explicuit aureæ facundiæ Pater *Chrysostomus*,
nment. ad *Col. I.* Homil. III. Tomo VI. Oper. in N. T.
174. τί δέ ἐστι, τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς; τὰ μὲν γὰρ ἐπὶ
γῆς, εἰκότως. ἔχθρας γὰρ ἐμπέπληστο, καὶ εἰς πολ-
διῄρητο. καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἕκαστος ἡμῶν διεστασίαζε, καὶ
ς τοὺς πολλούς. τὰ δὲ ἐν τοῖς οὐρανοῖς πῶς εἰρηνοποίησε;
ἐκεῖ πόλεμος ἦν καὶ μάχη; καὶ πῶς εὐχόμεθα λέ-
τες, γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ
γῆς. τί οὖν ἐστιν εἰπεῖν; ἀπέσχιστο ἡ γῆ τοῦ οὐρανοῦ, ἐκ-
πολεμωμένοι ἦσαν οἱ ἄγγελοι πρὸς τοὺς ἀνθρώπους,
δεσπότην ὁρῶντες τὸν αὐτῶν ὑβριζόμενον. Ἀνακεφαλαι-
σθαί φησι (*Ephes. I, 10.*) τὰ πάντα ἐν τῷ Χριστῷ, τὰ
οις οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. πῶς; τὰ μὲν ἐν τοῖς
νοῖς οὕτω. μετέστησεν ἐκεῖ τὸν ἄνθρωπον ἀνήγαγεν αὐτοῖς
ἐχθρὸν, τὸν μισούμενον. οὐ μόνον τὰ ἐπὶ τῆς γῆς ἐποίη-
εἰρηνεύειν ἀλλ' ἀνήγαγεν αὐτὸν πρὸς αὐτοὺς, τὸν ἐχθρὸν
πολέμιον. τοῦτο εἰρήνη βαθεῖα. ἄγγελοι πάλιν ἐπὶ γῆς
αίνοντο λοιπὸν ἐπειδὴ καὶ ἄνθρωπος ἐν οὐρανῷ ἐφάνη.
*id est autem illud, quæ in cœlis? Nam quæ in terra qui-
n sunt, meritò. Repleta enim erant inimicitiis, & divisa e-
t in multa, & unusquisq; nostrum secum diffidebat & cum mul-
Quæ autem sunt in cœlis, quomodo pacificavit? illic quoque e-
bellum & pugna. Et quomodo oramus dicentes:* (Matth. VI,
) *fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra? quid ergo est? Abscis-
erat terra a cœlo, bellum gerebant Angeli adversus homines, vi-
tes suum Dominum probro & contumelia affectum. Dicit omnia
aurari in Christo,* (Ephes. I, 10.) *quæ sunt in cœlis & quæ
t in terra. Quomodo ea, quæ sunt in cœlis? illuc commigrare
it hominem: inimicum, qui odio habebatur, illis reddidit. Non so-
n quæ sunt in terra, fecit pacem agere; sed ad ipsos sustulit ho-
n & inimicum. Hoc pax profunda. Angeli de cætero rursus
nuntur in terra, quoniam homo quoque apparuit in cœlo.* Quæ
ucioribus expressit. *Theodoretus* comm. ad Col. I, 20.
omo III. Oper. fol. 348. Edit Paris. ἀπεστρέφοντο γὰρ ἡ-

 μᾶς

oo5

261.

μᾶς καὶ τῶν ἀγγέλων οἱ δῆμοι διὰ τὴν πολλὴν πονηρίαν. τε
χάριν καὶ τεχθέντος χορὸν συστησάμενοι τῷ Θεῷ τὸν
μνον προσέφερον, λέγοντες, δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐ
γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. *Nos enim aversaban etiam populi Angelorum propter summam improbitatem. U & illo nato chorum ducentes DEo hymnum obtulerunt, dicent gloria in excelsis DEo, & in terra pax, in hominibus bona vol tas, Luc. II, 14.* Conferatur *Hunnius* comm. ad Col. I, 20. 58. atque *Balduinus* h. l. fol. 1051. Et hæc pacis Angelos in ac homines restauratio debetur effuso divini Pacificatoris s guini tanquam causæ meritoriæ. Hinc Apostolus inquit: τοῦ αἵματος τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ, δι' αὐτοῦ *per sanguinem cru ipsius per ipsum*, i. e. per totam Christi, hostiæ pia laris obedientiam, sanguinis effusione, quæ in cruce fa fuit, terminatam.

§. XXXI.

Tantum ergo abest, ut pro Diabolorum restitut ne hæc Apostoli Pauli dicta in subsidium ab Adversario ad p bandam vocis πάντων universalitatem possint vocari, ut po us eam solidissime refutent. Quoniam vero Autori ἀποκ ταστάσεως πάντων persuasum fuit, se, etiamsi relativum non cum πάντων secundum ordinatam textus requisitione sed cum χρόνων vocabulo remotiori combinet, e *Prophetar* monumentis lumen majus sententiæ suæ affusurum esse, cu Petrus Apostolus ad illorum testimonia provocet, hau dissertationis nostræ instituto alienum est, dictionum Pr pheticarum significationes attentius investigare. Fol. 5. §. 2. affert primum Locum ex *Gen. I*, 31. ubi טוב מאד gitur, das Moses anzieht und nicht allein damit du den ewigen Geist der Weissagung / der in ihm war/da jenige ausredet / was nach Vollendung der sechs T ge-Wercke in dem siebenden Tage vollendet war / so dern zugleich damit den Antitypum ausspricht/ daß ne lich GOTT an dem siebenden grossen Welt-Tage s nen Sabbath halten / und denselbigen in Ruhe h

lig

Scilicet. mr chare
theologe Systematice

ligen wolte. Wie Paulus in der Epistel an die Hebräer IV, 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. solches dahin zeucht / und daraus beweisen will / daß noch eine Ruhe dem Volcke GOTTES vorhanden seye: Weil dann tempore sancti Sabbathismi solche Ruhe auff dem heiligen Berge dem Volcke GOTTES oder der ersten Geburth zu erst nach der Ordnung zukommt / und aber nicht τὰ πάντα alles / alles / was GOTT je geschaffen / und gemacht hat / טוב מאד geworden / so muß dieses wiederumb ein Typus eines grössern Antitypi, darinnen er in der allergrösten Erfüllung / und in dem reichesten Sinn erfüllet wird / welches geschiehet / wenn alle und jede Wercke GOTTES werden allerdings gut und sehr gut seyn. Und kein einiges Geschöpff unter allen Geschöpffen / sie seyen Menschen oder Engel / ausgeschlossen seyn müssen / das nicht allerdings von GOTT durch Christum wäre gut gemacht worden / alsdenn ist erst das Ende aller Dinge da / und das grosse טוב מאד, welches mit einer grossen Verwunderung billig mag ausgesprochen werden. Cui bono etiam allegavit *Francisci Georgii* Harmoniam mundi Cantico primo Tomo VIII, Cap. XIII. Edit. Paris. Anno 1544. fol. 176. 177.

§. XXXII.

Sed quis non miretur, quorsum spiritus vertiginis ejusmodi homines rapere soleat, in *Genesi* Cap. I, 31. absoluto divinæ creationis opere legitur: Tum vidit DEus omne, quod fecit, והנה טוב מאד *Et ecce bonum* erat *valde*. Ergo *Diaboli aliquando pristinæ integritati restituentur*. Notabilis Consequentia! sed ad Calendas Græcas vel ex loco Geneseos vel Epistolæ Paulinæ ad Hebræos eruenda. Concedimus *in Psal.* XCV, 11. verba אשר נשבעתי באפי אם יבאון אל מנוחתי *Quibus juravi in ira mea, si venient ad requiem meam.* Et juxta LXX. Interpretum versionem ὡς ὤμοσα ἐν τῇ ὀργῇ μου, εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου, loqui de requie post operum creationis absolutionem ob v. 3. Ubi

Quid sit cum ama[...]
Qd carnali hoi [...]
mysterijs divinis [...]

263

dictoPsalmi allegato subjicit Apostolus: *καί τοι τῶν ἔργων ἀπὸ καταβολῆς κόσμου γενηθέντων*, *& quidem operibus ab institutione mundi perfectis.* Utrobique agitur de requie DEi, de qua in Genesi dicitur II, 2. καὶ κατέπαυσεν ὁ Θεός. In Psalmo: εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου. Qua quiete DEus summa beatitudine, quam in se ipso habet, fruitur. Concedimus & hoc, nobis beatissimam quietem illam DEi, quam DEUS incredulis Israëlitis denegabit, communicatum iri. Quod vero omnes illæ creaturæ, de quibus Gen. I, 31. intelligendum est טוב מאד sint *subjecta* ista quiete aliquando gavisura, ut etiam *Diaboli*, qui a concreata bonitate sponte recesserunt, quietis istius spem habere posfint, confidenter inficiamus. Negari non potest ab Autore *ἀποκαταστάσεως*, illud טוב מאד Clausulam *ἐγκωμιαστικὴν* generalem esse *omnium creaturarum*, ita ut nec malum culpæ nec malum pœnæ Deo creanti attribui valeat. *ἔκτισε γὰρ εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα, καὶ σωτήριοι αἱ γενέσεις τοῦ κόσμου*, *creavit enim* DEus, *ut essent omnia, & salutares sunt generationes mundi.* Sic Cap. II, 23. ὁ Θεὸς ἔκτισε τὸν ἄνθρωπον ἐπ' ἀφθαρσίᾳ, καὶ εἰκόνα τῆς ἰδίας ἰδιότητος ἐποίησεν αὐτόν. *DEus creavit hominem in incorruptione, & imaginem propriæ proprietatis fecit eum.* Ab hoc itaque titulo טוב מאד creaturæ reliquæ, tam inanimatæ versiculis prioribus, quam animatæ a vers. 20. descriptæ, *Reptilia*, *Volatilia*, *Pisces*, *Feræ*, *Leones*, *Ursi*, *Bestiæ*, Boves, Equi, Asini, Canes, aliæque animantes nequaquam possunt excludi. Sequetur ergo, & has aliquando ad quietem istam restitutionis universalis perventuras esse. Sic enim juxta Diabolorum Advocati Philosophiam argumentamur: Omnes creaturæ sub טוב מאד comprehensæ sunt ad quietem æternæ beatitudinis aliquando perventuræ. Atqui Boves, Asini, Canes, &c. sunt creaturæ sub טוב מאד comprehensæ. E. Boves, Asini, Canes, &c. sunt ad quietem æternæ beatitudinis perventuræ. *Major Propositio* est Adversarii fol. 5. §. 2. Wann alle und jede Wercke GOttes werden allerdings gut / und sehr gut seyn/ &c. *Minor Propositio* ex historia creationis *Gen.* I, 20. & seq.

& seq. confirmatur. Conclusio sequitur ἐξ ἀνάγκης. Ceterum qui ex loco Geneseos, præter Fanaticorum placita, etiam *Pelagianorum*, *Socinianorum*, *Arminianorum*, *Scholasticorum* Novatorumque errores refutare vult, evolvat Systematis *Caloviani* Tom. IV. Artic. II. Cap. I. Quæst. V. fol. 548. Et comment. in Gen. I, 31. fol. 215.

§. XXXIII.

Huic argumento de טוב מאד conjungit Autor ἀποκαταστάσεως fol. 6. Typum *Jubilæi*, qui *Levit.* XXV, 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. describitur. Ubi inprimis fol. 7. a. urget verba v. 9. DEi ad Mosen: Du solt die Posaunen lassen blasen durch alle eure Länder am zehenden Tag des siebenden Monden / **eben am Tage der Versöhnung**. Et v. 10. Da soll **ein jeglicher bey euch wieder zu seiner Haab und zu seinem Geschlechte kommen.** & v. 13. **Das ist das Hall=Jahr / da jederman zu den Seinen kommen soll.** Et §. 5. notatu dignum ipsi videtur, non tantum inquilinis, sed *peregrinis* quoque **dem Frembdlinge**/ per quos Diabolos præfiguratos fuisse arbitratur, Anni Jubilæi privilegia fuisse collata, damit anzuzeigen / wie der freundliche GOTT beschlossen habe / am Tag der Versöhnung durch das Blut des ewigen Testaments / da Christus eine ewige Erlösung erfunden hat / und **immerdar** selig machen kan / **alles wieder zu befreyen / und in den vorigen Stand der Freyheit wieder zu versetzen.** Opinioni suæ robur addere conatur ex *Cabalistarum* observationibus, *Archangeli* nempe *Minoritæ* super XIII. Dogma Cabalisticon. Pici Mirandulæ: *Qui noverit in Cabala Mysterium Portarum intelligentiæ, cognoscat Mysterium Magni Jubilæi.* Summa huc recedit; quod *tempore Magni Jubilæi, completo videlicet cursu 7000. annorum omnia restitui incipiant in pristinum, meliori tamen sorte.* Ubi Origenis insuper testimonio se munit e Libr. II. περὶ ἀρχῶν Cap. XII.

§. XXXIV.

Esset quidem hic occasio de *Anno* Hebræorum *Jubilæo* aliquid dicendi ex Talmudistarum Pandectis *Seder* מועד *Moed*

264

Ἀπὸ ψυχικῶν ... stolida ...

265.

Moed, quæ secunda Talmudis Babylonici pars de Festis agit Massechet VIII. ראש השנה *Rosch haschanah* fol. 9. 2. ad Lev XXV,10. Et Seder נשים *Naschim* de mulieribus Massechet V נדרים *Nedarim* de Votis. Aliisque Rituum Judaicorum Interpretibus celebrioribus, R. *Mosche Maimonide*, R. *Bechai*, &c. Verum cum instituti ratio refragetur, & Hebræorum consuetudines circa Jubilæum sciendi cupidi vel ex *Josephi* Libro III. cap. X. Antiquitatum Judaicarum fol. 96. vel *Leusdenii* Philologo-Hebræo-Mixto Differt. XLI. fol. 289. vel *Petri Cunæi* Libro I. Cap. VI. fol. 34. vel *Caroli Sigonii* Libro III. Cap. XV. fol. 285. cum notis *Johannis Nicolai* editi. Vel Mose & Aarone *Thomæ Goodwini*, ubi de Ritibus civilibus Hebræorum atque Ecclesiasticis agitur, Libro III. Cap. 10. vel Dissertatione XV. *Pauli Slevogti* de Anno Jubilæo & ejus juribus apud Hebræos ad illustrandum Cap. 25. Levitici conscripta, vel ex Disputatione *Wagenseiliana*, quæ de Anno Jubilæo secundum Disciplinam Hebræorum, in Academia Altdorfina 1700. 7. Febr. publicæ ventilationi exposita fuit. Vel ex *Opere Lundiano*, Die alten Jüdischen Heiligthümer insignito Lib. V. Cap. 32. 33. 34. fol. 1083. seq. vel quæ primo loco debuit nominari, Eruditissima Exercitatione Domini *Balthasaris Scheidii*, S. Theol. Doctoris, & in hac nostra Universitate ultra viginti annos Linguarum Orientalium Professoris celeberrimi, de שנת היובל h. e. *de Anno Jubilæo Hebræorum*, quam 1667. occasione Jubilæi Academiæ Argentoratensis ad examen publicum exhibuit, sitim abunde poterunt restinguere. Hoc interim attendimus, e Cabbalistarum interpretamentis tenues, vel nullas probationum solidarum suppetias mutuari posse, id, quod beatæ memoriæ Præceptor noster, Dn. Doctor *Augustus Pfeifferus*, in Critica sua sacra Cap. VII. non una ratione evictum dedit. Si e textu Levitici de Anno Jubilæo argumentatio esset formanda juxta mentem Aut. ἀποκαταστάσεως, his forte terminis conciperetur:

Omnis peregrinus in Jubilæo redibit ad possessionem suam.
Atqui Diaboli sunt peregrini,
Ergo Diaboli redibunt in Jubilæo ad possessionem suam.

Li

imitamus majorem. Omnis peregrinus *libertatis possessio-*
isque recipiendæ capax redibit ad possessionem suam. Sic ve-
o negatur minor, Diaboli enim non sunt peregrini, i. e.
reaturæ, quæ e Patria cœlesti ita exulant, ut, sicut homi-
es, quorum naturam Christus ex singulari misericordia as-
umsit, in habitationes primævas aliquando possint revoca-
. Quoniam Angelorum naturam Filius DEi non in-
uit. Nos e Gentilium stirpibus oriundi, interprete Pau-
Apostolo, sumus illi *advenæ & peregrini*, qui Juris ad
em respectu *concives Sanctorum DEique domestici facti* su-
ius, *Ephes.* II, 19. Christus enim, quoniam pueri parti-
pes facti sunt carnis & sanguinis, & ipse similiter participem
fecit ipsorum, ut per mortem aboleret eum, qui virtutem
abebat mortis, h. e. Diabolum. *Et dimitteret eos, quot-*
uot timori mortis, per omnem vitam obnoxii erant servitu-
. Misericordia enim assumptionem naturæ pro fundamen-
o habet. Hinc Apostolus *Hebr.* II, 16. porro inquit: *Non*
nim usquam Angelos assumit: Sed semen Abrahæ assumit.
Inde debuit per omnia fratribus similis fieri, *ut misericors es-*
t, & fidelis Pontifex Princeps quoad ea, quæ ad DEUM
ertinent, ut expiaret peccata populi. Christus nos libera-
it a maledictione Legis, a ceremoniarum Leviticarum
ugo, a servitute peccati, mortis, Diaboli atque inferni.
Jt ex *Joh. VIII*, 36. possimus jubilare: *Quoniam filius nos*
beros fecit, vere liberi sumus. Cum vero Jubilæus Novi
Testamenti in hac vita multis calamitatibus turbetur, χρό-
ῳ ἀποκαταστάσεως πάντων Jubilæus sempiternus incho-
bitur cum iis, quibus redemptionis libertatisque beneficia
ure confraternitatis destinata erant, quando *Ipse Dominus*
um celeusmate, in voce Archangeli, & tuba DEi descensurus est
e Cœlo, *1. Thessal. IV*, 16. Id quod ad Diabolos nul-
o modo potest referri.

§. XXXV.

Confugit præterea Autor ἀποκαταστάσεως πάντων
ol. 8. par. VIII. §. 1. ad *Psalm.* CXLV, 8. 9. verba *gratiosus &*
isericors est Jehova, longanimis & magnus misericordia. Bo-

 nus

nus est Jehova omnibus, & miserationes ipsius super omnia ope-ra ipsius. Ubi præcipue respicit formulam, qua objecti gra-tiæ & misericordiæ amplitudo describitur. Dum Jehova di-citur טוב לכל *bonus esse omnibus.* Et ne quis universalem ejus amorem vocet in dubium, additur versu eodem: רחמיו על כל מעשיו *Et miserationes ipsius super omnia opera ipsius.* Quod *septuaginta* Interpretes expressere: καὶ οἱ οἰκτιρμοὶ αὐ-τοῦ ἐπὶ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ. vocem רחמיו præcipue notan-dam esse putat. Cum amor Dei ad omnia psius opera, etiam ad Angelos bonos extendatur, de quibus tamen dici non pos-sit, quod eorum misereatur DEus. Id vero, quod lapsum est commiserationem admittat. Pergit deinde §. 2. Wei denn die gefallene freywillige Creaturen / so wohl Enge als Menschen / mit unter die Wercke GOttes gehören / di vormahls gut nach seinem Willen das Wesen von ihm be-kommen haben / so sind sie auch ein objectum misericordiæ Divinæ worden. Nun ist aber die Zeit noch nicht gekom-men / daß er sich der gefallenen Engeln also erbarmet habe daß sie den effect solcher Liebe würcklich zu ihrem Guten ge-niesen. So sind auch die gefallene Geister noch in den grossen Stoltze / daß sie keine Erbarmung annehmen / noch sich bekehren / so wird aber doch noch einmahl die Zeit kom-men / wenn sie nach der Gerechtigkeit GOttes durch sei-nen feuer-brennenden verzehrenden Zorn fein klein / de-müthig und mürbe gemacht seyn / in welcher die würckliche Erbarmung / davon David zeuget / daß er sich aller seiner Wercke erbarmet / auch über die gefallene Engel gehen werde; indem GOTT nichts hasset / was er gemacht hat und den Engel schon lieben wird / wenn der Teufel da-von ist / und zu nichte wird.

§. XXXVI.

Quod hunc Psalmistæ locum attinet, nihil ad pro-bandam Diabolorum restitutionem conducit. Tantum enim abest, ut Diaboli sub voce לכל tanquam objectum divinæ benignitatis specialissimæ, de qua hunc locum ex-ponit Adversarius, stare possint, ut etiam homines exclu-

dantu

ntur, nisi qui ordinem divinitus constitutum observa-
rint. Alias *Puccianismus* plenis velis in Ecclesiæ pomœ-
a reduceretur. Notum enim est *Franciscum Puc-
um*, Nobilem Filidinum, e Ducatu Florentino scriptum
orsus Satanicum, ut *D. Lucas Osiander* Centuria XVI. Li-
. IV. Cap. 46. ad Annum 1592. fol. 1098. loquitur, in lu-
m emisisse, sub titulo: *De Christo Servatoris efficacitate
omnibus & singulis hominibus, quatenus homines sunt, &c.*
quo libello jactitat, quod ipsius sententia, in libello isto
omprehensa, sit assertio Catholica, æquitati divinæ &
umanæ consentanea, universæ Sacræ Scripturæ, & San-
orum Patrum consensu, spiritu discretionis, centum &
ginti nempe rationibus probata. Summa huc collimat;
numquemque hominem, cujuscunque sit Religionis,
odo homo sit, sine speciali Domini gratia salvari posse:
odo non extreme sceleratam & non omnino beluinam,
turæ & DEo repugnantem vitam ducat. Cujus monstri
Mahometismo, Judaismo, Ethnicismo, Schvvenckfel-
anismo, Anabaptismo, Calvinismo, Chiliasmo aliis-
e opinionibus compositi errores *D. Osiander* scripto publi-
luculenta Facultatis Theologicæ in Academia Tubingen-
Præfatione ornato 1593. refutavit. Et quod Puccianismo
eterius est, homines promiscue, sceleratissimam licet vitam
ant, juxta illimitatum hujus Autoris *ἀποκαταστάσεως* vocis
כל atque מעשיו significatum benignitatis divinæ specialis
næ objectum constituerent.

§. XXXVII.

Hilarius Pictavorum Episcopus enarratione in Psal-
um CXLV. fol. 1169. A. Edit. Paris. Præpositionem
ע *comparative* accipit, quod sc. DEi misericordia attri-
tis, aliis sit præstantior. Unde Scholasticorum quæ-
iones natæ apud *Thomam* Secunda secundæ quæst. XXX.
rt. IV. fol. 62. b. *Utrum misericordia sit maxima virtutum.*
erum *Daniel Chamier* in Panstratia Catholica, Tomo III.
ibr. VII. Cap. 8. §. 1. ex Linguæ Hebrææ usu adversus
nctesium recte probat non præferri misericordiam reliquis

269.

operibus DEI, *sed extendi eam in omnia opera.* Quod probe observatum quoque est a Gilberto *Genebrardo*, Theologo Parisiensi, ac Divinarum Literarum Professore Regio, dum Commentar. in Psalm. CXLIV. fol. 968. ad *super* notat: *In omnia opera sua miserationes ejus sunt, ad universa sua opera misericordia ejus pertingit, erga omnia misericordiam suam exercet.* Et Nicolaus de Lyra comment. h. l. eodem sensu inquit: *Quia diffusio suæ bonitatis ad omnem creaturam modis prædictis non procedit ex alia obligatione seu debito ex parte DEi: sed ex mera bonitate & pietate ipsius.* Confer *Hieronymum* Tomo VIII. Oper. Comment. in Psalm. 144. fol. 167. D. Et *Augustinum* Tomo VIII. Oper. fol. 1150. Enarr. in h. l.

§. XXXVIII.

Restitutio brutorum nihil absurditatis habent, q[uia] male: [illegible] subjacent et gemiscunt

Interim si מעשיו de omnibus in universum DEI operibus exponatur, non video, quo argumento possint a restitutionis illius universalis miseratione excludi *boves*, qui etiam tanquam DEi creaturæ ipsi curæ sunt, cum *Deuteron.* XXV, 4. præceptum fuerit, ne bovi trituranti os obturetur. Vel *corvorum pulli* ad DEUM clamantes, quibus sine cibo errantibus cibum suum parat, *Job. XXXIX*, 3. Vel *bestiæ omnes*, *Psalm. CXLVII*, 9. Vel *Leones* rugientes ad prædam, & ad quærendum a DEO cibum, *Psalm.* CIV, 21. Vel *Formicæ*, quæ divinæ commiserationis beneficio adjutæ *in æstate panem suum præparant, & colligunt in messe cibum suum*, Prov. VI, 8. Vel *Passerculi*, quorum *quinque venduntur assariis duobus, unus tamen ex illis non est oblivioni datus coram Deo*, Luc. XII, 6. Secus quam *Rabbi Mosche Ben Majemon* in מורה נבוכים sive *Doctore perplexorum* arbitratus est. Ille enim Parte III. Cap. XVII. 381. credit, *Providentiam divinam in mundo hoc inferiori seu sublunari esse tantum in individuis speciei humanæ.* Et fol. 382. dicit se ad sic sentiendum & credendum per motum esse, *quod nullibi apud quenquam Prophetam repererit, Deum aliorũ singularium vel individuorum ex Animalibus curam gerere, quam hominum.* Id quod dicta modo memorata validissime confutant. Quæ itaq; creatu-

scilicet

turæ vel DEi opera רחמיו ejus miserationibus fruuntur, non in eum redacta sunt statum, in quo cum Angelis malis atque damnatis nihil miserationum per apertissima Tabularum divinarum edicta possint percipere, confer *Matth. XXV*, 41. 2. *Petr. II*, 4. *Epist. Judæ* v. 6. *Apoc. XIX*, 3. *XX*, 10.

§. XXXIX.

Ejusdem infirmitatis sunt, quæ ex Locis *Esaianis* pro restitutione universali adeoque etiam pro restitutione Diabolorum speravit præsidia Autor *ἀποκαταςάσεως πάντων* fol. 9. a. Cap. LXV, 17. 18. *Nam ecce ego* (sum) *creans cœlos novos & terram novam: Ideo ne commemorentur priora, neque ascendant super cor. Sed lætamini & exultate in æternitates* (iis) *quæ ego* (sum) *creans:* Et *Cap.* LXVI, 22. *Quemadmodum enim cœli novi & terra novæ, quæ ego* (sum) *facturus, stabunt coram me, inquit Jehovah; sic stabit semen vestrum, & nomen vestrum.* Ubi fol. 9. par. X. §. 2. inquit: Die allergröste Verheissung in den Worten des grossen GOttes bey dem Propheten soll alsdann vollendet werden/ wenn durch die *ἀποκατάςασιν πάντων* alles in allen Creaturen/ die GOtt je und je gemacht / zu seinem Preiß neu worden ist / dann gehet erst der verheissene neue Himmel / und die neue Erde in ihre völlige Krafft / da ist alles neu / was im Himmel und auff Erden und in allen Tieffen ist: da ist es geschehen und vollendet / was geschehen soll/ und GOTT der HERR / der das A ist / ist auch das O, der alle seine Werck beydes angefangen und vollendet hat/ auff daß er sey alles in allem. Wer dieses nicht glaubet / der glaubet nicht / daß GOtt das O ist/ wie er das A ist / der Anfang und das Ende aller Dinge. Wir aber glauben es / darum reden wir es aus/ und zeugen von solcher allgemeinen Wiederbringung mit grosser Freudigkeit/und loben den Schöpffer / daß er so gütig und so fromm ist / daß er nach Vollendung seiner bestimmten Perioden und Ewigkeiten / wie er das alles in Zahl / Maaß und Gewicht beschlossen hat / nach Ausübung seiner heiligen Gerechtigkeit sich endlich aller seiner Creaturen wieder erbarme-

me. Quæ iterum Scholam ſapere Origenianam deprehendet Lector *Hieronymi* Tomo II. Oper. Epiſt. 59. ad Avitum, quid cavendum ſit in Libris περὶ ἀρχῶν. fol. 103. conferatur, ſi placet, *Petrus Daniel Huetius* Libro ſecundo Origenianorum Quæſtione XI. fol. 148.

§. XL.

Sed quaſcunque conſequentiarum fidiculas adhibueris, pro reſtitutione Diabolorum ex his locis Eſaiæ nihil concludes ſolidi; Sive juxta *Caſparum Sanctium* Comment. h. l. fol. 716. etiam typice ad *Reſtitutionem ex captivitate Babylonica* reſpectus habeatur; Sive cum *Hugone Grotio*, ceu in Bibliis illuſtratis *Calovii*, fol. 370. animadvertimus, ad *terram Judæam* & ad *tempora Antiochi* applicentur; Sive quis ex mente *Heerbrandi* in Compend. Theol. Cap. de Conſummatione Seculi p. 536. dicat, apud Eſaiam Sermonem eſſe *de Eccleſiæ & Religionis inſtauratione in his terris* futura; Sive arbitreris cum *D. Gerhardo* Tomo IX. LL. de Conſummatione Seculi manifeſtum eſſe ex 2. *Petr. III*, 13. & *Apoc. XXI*, 1. Prophetam *unice loqui de cœleſti beatorum Patria*, vel *de felicitate in vita æterna*, cum *D. Calovio* Bibl. Illuſtr. l. c. vel, ſecundum Annotationem *Dorſchæanam* ad h. l. fol. 212. *de cœleſtis ſtatus communicatione*, aut *ſtatu* gloriæ. Vel cum *D. Georgio Calixto*, Profeſſore Helmſtadienſi, Libr. de ſupremo Judicio fol. 121. ſeq. per grandiloquentiam & magnificam allegoriam *de Eccleſiæ e terris in cœlos penitus translatæ jamque conſummata gloria & prorſus beatæ perfecta felicitate.* Vel, ut fol. 122. loquitur, de novo fidelium & Eccleſiæ ſtatu, nova & hactenus inuſitata beatitudine & gloria tranſitu ſcil. facto a malitia & pugna ad triumphum, a vita caduca & miſera ad immortalitatem toto ex aſſe beatam. Cum Apoſtolus 2. *Cor. V*, 17. & *Gal.* VI, 15. renovationem, quæ in hac vita fit, talibus verbis deſcribat. Confer *Theodorum Hacſpanium*, Theol. & Linguæ Hebrææ in Academia Altdorfina Prof. Publ. Tomo II. Notarum Philologico - Theologicarum ad Eſai. LXV. 17. fol. 743. ſive cum Univerſitatis Tubingenſis Theologo, *Theodorico*

dorico Snepffio, Scholis in Esaiæ vaticinia. h. l. fol. 969. *de bonis cœlestibus Ecclesiæ tam militantis, quam triumphantis:* quanquam, inquiente, Ecclesia, quæ in hoc mundo militiam & conditionem sane duram illam sustinet, non ea bona habet, quæ in futura illa & beata triumphans percipit, tamen unus est idemque electorum cœtus, in quo etiam in hac mortali vita cœlestia bona cernuntur: illic autem perficiuntur. Vel cum *Luca Osiandro* ad h. l. de *Renovatione Status Regni Christi*, quæ inchoata est spiritualiter per ministerium Evangelii, completa autem erit in altera vita, ubi omnia erunt absolutissima & perfectissima. Vel, ut cum *D. Sebastiano Schmidio* loquamur, Comm. ad Es. LXV, 17. fol. 603. *de Regno Gratiæ & Gloriæ.* Cum secundum illius explicationem in Regno Gratiæ non valeat victus amictusque hujus seculi, quibus inservit cœlum & terra, quæ hodie pars mundi sunt, longe vero aliud & plane novum cœlum & terra sit, in quibus secundum Spiritum vivimus, non secundum vitam hujus mundi. In regno autem gloriæ ista vita glorificetur, hoc est, ad plenam gloriam & ultimum complementum provehatur, adeoque tum etiam novum cœlum & nova terra in sua perfectione futura sit. Nihil inquam solidi pro Diabolorum restitutione ex omnibus his doctorum Virorum expositionibus poteris concludere. Cum Sententiæ priores, de Restitutione ex Captivitate Babylonica, atque Ecclesiæ in his terris restauratione Diabolorum Restitutioni oppido non patrocinentur. Quæ vero pro statu gloriæ vel tantum, vel quoad partem militant, ad Angelorum malorum Restitutionem prius non poterunt applicari, quam Regulam *Gregorii Nazianzeni* Epist. I. ad Clenodium, quæ legitur Oratione quinquagesima prima, Tom. I. Oper. fol. 740. B. atque ex eo *Damasceni* Libr. III. de orthodoxa fide Cap. VI. fol. 187. falsitatis convicerint: τὸ ἀπρόσληπτον ἀθεράπευτον, *Quod assumtum non est, incurabile est.* ὃ δὲ ἥνωται τῷ Θεῷ τοῦτο καὶ σώζεται. *Quod DEo unitum est, hoc quoque Salutem consequitur.*

Negar

Diversitas interpretatum [illegible]

§. XLI.

273

propheta de hac
de altera, kobj
parte resti-
tionis omniū
...

...sine judicio
. Petersenij q
...klerū et ...
adversari, o
ce orthodoxe
... de
protevangelio
en. 3. v. 15.

§. XLI.

Cum itaque Diabolorum Restitutio per Prophet... rum oracula non significetur, Petrus Apostolus sub ἀποκα... ταςάσει πάντων Diabolorum restitutionem noluit indicar... Sed de *Piorum restitutione* in fide vera defunctorum Prophet... ab antiquissimis statim temporibus locuti sunt, prout ex Pro... Evangelio Paradisiaco conspicimus, dum *Gen. III, 15. C...pitis Serpentini contritionem* Moses Prophetarum Principibu... prædixit, i. e. Diaboli destructionem, operumque Diabo... li dissolutionem. Quod enim Moses ait: ...ישופך ... ראש *Hoc conculcabit tibi caput.* In loco Parallelo *Ebr. I...* 14. ex formula Paulina sonaret: καταργήσει τὸν τὸ κράτ... ἔχοντα τῦ θανάτυ, τῦτ᾽ ἔςι τὸν διάβολον, *abolebit eum, q... virtutem habebat mortis, hoc est, Diabolum.* Et juxta *Johannem Epist. III, 8.* λύσει τὰ ἔργα τῦ διαβόλυ, *solvet opera diaboli.* Di... boli vero operibus non tantum annumerantur *falsæ doctrinæ Joh.* VIII, 44. 2. *Corinth.* XI, 3. 1. *Tim.* IV, 1. Unde Pharisæ... *Matth.* XXIII, 33. γεννήματα ἐχιδνῶν *Progenies viperarum* vo... cantur; nec non *actiones peccaminosæ* Diaboli instinctu patrata 1. *Joh. III, 8.* verum etiam *mors ipsa* tanquam peccati stipend... um, *Rom. VI,* 23. Ubicunq; vero Diaboli opera cum morte de... structa sunt, ἀποκατάςασις *potestatis super Diabolum,* Psalm XCI, 13. Luc. X, 19. Rom. XVI, 20. Apoc. XII, 11. *Justitiæ ve... ræ atq; æternæ,* Dan. IX, 24. *Æternæq; vitæ* restitutio sequitu... Atq; *spes futuræ resurrectionis* solidissime confirmatur. Hin... b. m. *Lutherus* noster comment. in Gen. III, 15. fol. 48. scripsi... *Includitur igitur in hanc sententiam Redemptio a Lege, peccato & morte, & ostenditur manifesta & certa spes resurrectionis & invocationis in altera vita, post hanc vitam. Si enim serpentis caput conte... debet, profecto oportet aboleri mortem, si mors aboletur, etiam morti... meritum aboletur, hoc est, peccatum, si peccatum, ergo lex quoqu... aboletur. Nec id tantum, sed restituitur simul obedientia, quæ amis... sa est.* Propter quam operum destructionem, bonorumque a... missorum restitutionem vires humanas longissime superan... tem *Megalander* ὀφιομάχον non nudum hominem, sed i... psummet filium DEi esse firmiter conclusit.

§. XLI...

§. XLII.

Hanc piorum *ἀποκατάστασιν* in die novissimo plenarie futuram etiam perspicuis verbis *Esaias* Propheta elocutus est, *Cap.* XXVI, 19. *Vivent mortui tui*: (unde etiam) *cadaver meum* (qui sunt,) *resurgent*. Interpretum nonnulli contendunt Prophetam agere de *ἀποκαταστάσει* sive restitutione, quæ fit *ex morte crucis* per Liberationem sive per consolationem in hac vita, vel ut *Dorscheus* noster Annotat. h. l. fol. 88. loquitur, de *restitutione in statum felicitatis tum spiritualis, tum civilis*. Sociniani ex hypothesi vitæ æternæ fidelibus ante Christi adventum etsi aliquando dandæ, nunquam tamen iisdem sub veteri fœdere promissæ, neque adeo ex tali promissione sanctis exspectandæ, negant hic agi de *ἀποκαταστάσει* in extremo die futura, ceu apud *Socinum* videre licet libro *Quod Regni Poloniæ &c.* Cap. V. errore 7. p. 63. Nostratium plurimi de *Restitutione* mortuorum *propria & ultima*, cum *D. Brentio* h. l. *D. Gerhardo* L. de *Resurrectione Mortuorum* §. 13. fol. 992. *D. Calovio*, *D. Seb. Schmidio*. *D. Augusto Varenio* comment. h. l. verba Prophetæ accipiunt, cum argumenti consolatorii vis atque efficacia, qua Ecclesia pressa in afflictionibus se erigit suis, non admittat, ut tam *Subjectum* מתיכם *mortui* & נבלתי *cadaver* de statu mortis *putativo* seu *destinativo tantum*, quatenus scilicet pii ab impiis reputantur mortui; seu quatenus letho destinati, juxta 1. Cor. XV, 30. 2. Cor. VI, 8. quam *prædicatum* יחיו *vivent* & יקומון resurgent, aliter, quam secundum propriam vocabulorum significationem exponantur. Unde in profunda sua calamitate Ecclesia Fidelis pro quolibet membro sic argumentatur:

Omnes mortui sunt victuri atque resurrecturi,
Atqui cadaver meum est mortuum,
E. Cadaver meum est victurum atque resurrecturum.

§. XLIII.

Et horum Prophetæ verborum claritas Judæorum

quoque oculos ita perstrinxit, ut quartum gentis Judaicæ privilegium, *Vivificationem* scil. *mortuorum* exinde probare nulli dubitarent. Sic enim Rabbi *Bechai* Sectione legali Schophetim (Devter. XVIII.) commentatur: ד׳ דברים הן שלא זכתה להם שום.אומה כי אם ישראל והן הנבואה והתורה וארץ ישראל ותחיית המתים, וכו׳ *Quatuor res sunt, quibus non fuit dignus ullus populus, excepto Israële, nimirum Prophetia, & Lex, & terra Israel, & resuscitatio mortuorum,* Id quod in Parascha וזאת הברכה Deutr. XXXIII. fusius diducitur his verbis: וכן מצינו בישעיה עליו השלום שהתנבא על אומות העולם ואמר מתים בל יחיו רפאים יקומו וחזר והתנבא על ישראל ואמר יחיו מתיך נבלתי יקומון הקיצו ורננו שוכני עפר כי טל אורות טלך : באר שאין תחית המתים אלא בישראל *Ita quoque invenimus in Esaia,* p. m. *quod prophetaverit de gentibus mundi dixeritque:* (Es. XXVI, 14.) *mortui non vivent. Rephaim non resurgent. De Israele autem prophetaverit* (Esai. XXXVI, 19.) *vivent mortui tui, cadaver meum resurgent. Evigilate & jubilate habitatores pulveris. Nam ros tuus ros est olerum. Declarat hoc, quod non futura sit resuscitatio mortuorum nisi Israeli.*

§. XLIV.

Cui consentiunt Rabbi *Aben Esra*, Rabbi Salomo *Jarchi*, & Rabbi David *Kimchi*, Comm. h. l. Sermonem scil. Prophetæ esse de Vivificatione mortuorum, quæ futura est, בעת הישועה *in tempore Salutis* gloriosæ, nimirum in altera vita. Subjecto Rabbinorum canone; כי תחית המתים לצדיקים ולא לרשעים *Resurrectionem mortuorum futuram esse justis & non impiis.* Quo sensu ad Psalmum primum notavit הרשעים לא תהיה להם תקומה אלא תאבד נפשם עם גופן ביום המיתה *Impiis non erit resurrectio, sed peribit anima eorum cum corpore eorum in die mortis.* Confer *Paraphrasten Chaldæum* ad Esaiæ XXVI, 19 & *Tertullianum* de Resurrectione Carnis Cap. 21. fol. 63. Similitudinem de *Rore*, qua ἀποκατάστασις

cor-

276.

corporum adumbratur, egregie evolvit *Gerhardus* L. de Resurrectione mortuorum. §. 13. fol. 992. *Sicut Gramina Æstu solis torrida rore lucis sive matutino & antelucano recreantur & quasi reviviscunt: Sic mortuorum corpora virtute divina in vitam restituentur. Sicut prata, æstu solis exsiccata beneficio Roris denuo virent & florent citra hominum culturam, ita mortui resurgent Dei potentia circa naturæ facultatem.* Adde *Hieronym.* Comment. h. l. Tom. V. Oper. fol. 95.

§. XLV.

De hac ἀποκαταστάσει præterea locutus est Propheta *Ezechiel.* Cap. XXXVII. v. 1. & seq. usque ad v. 10. Quem locum nonnulli tantum ad ἀποκατάστασιν populi Israelitici *corporalem* e sepulchris captivitatis & vinculis referunt cum *Caspare Sanctio* Comment. ad Esai. LXVI, 14. fol. 730. ita scribente: *Qui in exilio sunt, pro mortuis censentur, qui a matre i. e. ab urbe sic avulsi videntur, sicut ramus, qui a radice seu trunco revulsus statim arescit, & moritur. Quare Judæi, qui in exilio agebant Babylonico in sepulchris esse dicuntur, & ossa vocantur arida.* Sic *Hugo Grotius* de restitutione libertatis & status in solidum explicat. *Hieronymus* in Comment. h. l. Tomo V. Oper. f. 436. D. distinguit inter visionis *inchoamentum*, quod cum Ecclesia Israelitica sub Zorobabele restitueretur factum est, & *Complementum*, quod tempore Novi Testamenri accessit. *Nos autem*, inquiens, *spiritualiter post crucem Domini Salvatoris completa memoramus, & quotidie fieri in his vel maxime, qui instar Lazari,* Joh. XI, 44. *peccatorum suorum fasciis colligati, ad vocem Domini suscitantur: & vere sunt Domus Israel, arens quondam & nullam spem habens salutis: Sed intrante in se spiritu gratiæ & porrigente Domino manum,* Matth. XIV, 31. *de profundo inferi liberantur.* Alii hanc Ezechielis Prophetæ visionem de Resurrectione universali explicant. *D. Gerhardus* L. *de Resurrectione Mortuorum* §. 13. fol. 996. non diffitetur hac Visione Prophetica confirmatam fuisse Israelitis promissionem de Libera-

Ezech. 37. 1. —

tione ex captivitate Babylonica & pristini vigoris recuperatione, quia hæc accommodatio ostenditur ab ipso Propheta, v. 11. & 12. Sed negat *tantum* ad Liberationem ex captivitate Babylonica respectum fuisse habitum, sed simul *etiam universalis mortuorum resurrectionis quasi quoddam præludium* ac *speculum* in hac visione propositum fuisse. Id quod pluribus ratiociniis confirmatum ivit. Sic *D. Calovius* in Bibliis Anti-Grotianis fol. 557. suam sententiam exponit: a Domino scilicet in hac illustri visione exhibitam fuisse Prophetæ *resurrectionem mortuorum*, sed *occasionem*, *causam*, *scopumque* hujus visionis fuisse restitutionem Populi Israelitici. Τὸ ῥητὸν vero clare ipsam mortuorum resurrectionem, quæ nuspiam fere tam luculenter & per partes exposita est, quam hac visione, inferre non uno argumento ostendit.

§. XLVI.

Nos breviter arbitramur discrimen faciendum esse inter scopum, scopi argumentum, & argumenti fundamentum. *Scopus* erat fideles in captivitate Babylonica multis calamitatibus Hierarchiam Ecclesiasticam cultumque divinum concernentibus stipatos consolari. Scopi *Argumentum Consolatorium* depromptum erat a futura restitutione. Argumenti hujus *fundamentum* collocatur in certitudine futuræ Resuscitationis mortuorum, piorum imprimis ad amissæ felicitatis ἀποκατάστασιν. Quæ, si in argumentationem Dialecticam conjicienda essent, hunc conficerent Syllogismum:

Omnis, qui potest ossibus mortuorum aridis nervos, carnem, cutem & Spiritum restituere, etiam potest statum Judæorum collapsum restaurare.

Atqui Jehova potest ossibus mortuorum aridis nervos, carnem, cutem & Spiritum restituere.

E. Jehova etiam potest statum Judæorum collapsum restaurare.

§. XLVII.

§. XLVII.

Facili opera plures e Prophetarum monumentis
onės, ad quas respexisse videtur Apostolus, possemus
ıedium proferre. Ex *Daniele* Cap. XII, 2. *Multi de*
nientibus (in) *pulvere terræ evigilabunt:* hi (quidem) *ad*
m seculi, &c. Ad quem locum *David Kimchi* Comment.
Esaiæ XXVI, 19. provocat. Ex *Oseæ* VI, 2. *Jehova*
ificabit nos post biduum & in die tertio eriget nos, & vivemus
am ipso. Ex *Jobi* Cap. XIX, 25. 26. 27. *Etiam ego novi*
demptorem meum, quod vivat; & postremum, quod super
verem surget. Et post cut mea circumdabuntur hæc: & ex
ne mea vdebo DEum. Quem ego videbo mihi, & oculi
i videbunt, & non alius. Contra *Judæos* Aben Esram,
vi Ben Grson, Salomonem Trecensem, Abrahamum
ritsolidem, Nachmanidem, Maimonidem, Abarban-
em, Josepum Album Soriensem, Manasseh Ben Israel.
Nostris con a *Henricum Kippingium* Diatribe VIII. annexa
uctariis ad bitomen Historiæ Ecclesiasticæ D. Joh. Pap-
fol. 345. *Calvinianis* contra Mercerum, Drusium,
xtinum ab Amamam, Vorstium. Ex *Socinianis* contra
njedinum. erum, cum id a *D. Calovio*, *D. Sebastiano*
hmidio comn h. l. a *D. Gerhardo* L. de Resurrectione
ortuorum. §9. fol. 979. seq. *D. QuenstED.* Syst. Theol.
om. IV. fol. 77. seq. *D. Baltasare Meisnero* in Dispu-
tione 1616. Wtebergæ ex hoc Jobi Oraculo *de Fide Jo-*
elaborata. *D.* *hanne Meisnero* in Diascepsi Theologica
Plerophoria Hhi in Goëlem redivivum, cunctosque defun-
os vivificantem. D. *Feurbornio* in Vindiciis LL. contra En-
dinum. D. *Danhawero* in Hodosophia fol. 1446. seq.
ndrea Sennerto Pllologo Wittebergensi Heptade III. Ex-
rcitationum Philologicarum fol. 41. *Theodoro Hacspanio*
Tomo I. Notar. Phlologico-Theologicarum fol. 841. E
alvinianis a Tremelo, Piscatore, Zanchio, Belgis
Paræo, Maresio, Castellione, Crocio, Coccejo, e *Roma-*

 no

279

no. *Catholicis* a Sanctio, Pineda, Cornelio a Lapide, N
lao de Lyra, tam in Commentariis ad h. l. Jobi
aratis, quam tractatibus aliis prolixiori calamo hic
recensendis id abundanter præstitum sit, hic Diss
tionis Academicæ constituimus terminum, DEum
O. M. ardentissimis suspiriis invocantes; velit Ecc
am nostram Argentoratensem porro sub Gratiæ ac M
ricordiæ suæ alis sartam & ab omni Fanaticorum insult
beram conservare, donec in ἀποκαταςάσει atque παλ
γενεσία, *Matth.* XIX, 28. die Resurrectionis nostræ futu
Civium Cœlestium Consortio, a quo Spiritus mal
damnatique in omnem æternitatem manebunt
exclusi, ad sempiternam ineffabilis æ-
titiæ perceptionem asso-
ciemur,

AMEN.

